Gratiam et pacem a Domino! Solet omnium curator ac dispositor Deus sic humanas frustrari spes aut saltem ludere, Luthere doctissime, ut qui victoriam se putent ambabus alis tenere, saepe tamen evolet; et contra, ubi minimum erat spei, isthic subitam adparere salutem. Quae me varietas consiliorum ejus aliquamdiu retinuit, quo minus ad te nostram istam Exegesin darem. Quoties enim materiam reputarem, nihil visum est planius, aut unde tutius victoria reportari possit; quoties autem illius voluntatem semper terruit eventus sic cogitantem: Quid, si hanc lucem prodere nondum statuit? Quid, si ex hoc certamine dissidium oriatur, non amica collatio? Hinc factum est, ut non modo ipse mihi, sed aliis quoque, ne in vel ad te scriberent, intercederem; quicquid tandem in nos jaceres. Ubi vero tot velitaribus pugnis feliciter pugnatum esset; tuque jam non esses contentus, quod impune tibi liceret in nos invehi, sed quae contra sententiam vestram dicuntur, dicereris ne in considerationem quidem admittere: jam satis experimenti dedisse Dominum, quid fieri velit, arbitrati sumus[2]. Non enim ambigimus omnem ei contumaciam esse invisam, tum eam maxime, quae verbo ejus manuduci non vult, quumque prophetae propheta non vult ad horam expositionis ejus subjici ac cedere. Tam diu itaque omnia circumspiciens atque expectans, piger ac paene invitus, cunctationem rumpo, non uno excitatus stimulo. Primum, quod jam pridem adversa pars, quae ab evangelio stat, sese hujusmodi medelis solaretur: I. Quum ad triarios ventum erit[3], hoc est, ubi Lutherus humeros oneri supponet, vos terga vertetis. II. Deinde quod Pontificiorum, qui omnes angulos

Digitized by Google

hac gloriatione implebant: Lutherus dissidet in eucharistia cum Oecolampadio ac Zuinglio, res jam satis accisae viderentur, quo minus nobis causam discutientibus ac in unum coeuntibus noxium aliquid moliri auderent. III. Tertio animabat summa in ecclesia libertas, qua licere Paulus docet[4] *singulis in ea prophetare, etiam ei, qui in subselliis sedet. Si enim veri simus prophetae, nobis mutuo auscultaturos esse; ac sicubi erremus, causa cessuros. Quae quidem potestas usque adeo mihi videtur, ne in novam aliquam incidamus tyrannidem, custodienda, ut nullum tantopere debeamus suspicere (etiamsi volentes ac lubentes cui debemus honorem impendamus; imo in offerendis honoribus alius alium praeveniamus*[5]*), ut sicubi errat nostro malo ejus autoritati cum veritatis jactura cedamus. Ad hoc enim Paulus Petro intercessit*[6]*, et Christus*[7] *bonum se appellari nolebat ab eo, qui hoc non recte faciebat, quo magis ac liberius obloqueremur iis, qui produnt aut defendunt, quod non probe norunt, salvo semper horum certaminum spectatricis ecclesiae judicio. IV. Postremo monebat pietas (quam tu nobis quam pie adimas videris), veritatis causam ne desereremus. Parum enim feliciter pergit pius videri, nedum esse, qui cum veritate non modo copias non jungit, sed periclitantem etiam prodit ac victoriam eis credit, qui scripturae vim faciunt. Nemo enim lucernam incensam sub modium retrudit, sed supra candelabrum ponit*[8]*; et servus, qui domini sui voluntatem novit nec facit, plagis vapulat multis*[9]*. Sed et Paulus*[10] *quam acriter eos increpet constat, qui docti erant et idolothyta inter indifferentia numerabant, donec fratrum simplicitatem in ruinam ferme traherent. Quanto magis hic oscitandum non est, ubi fidei non infima pars in controversiam ac periculum vocatur? Si enim sola fides non absolute beat citra omnem exterorum vim, jam ad opera reciditur; ubi tot prodeunt, qui scripturae vi, cui tamen vim interim non parvam faciunt, se perfecturos promittunt, quod si efficerent, de nobilissima novi testamenti parte actum esset. Tolle enim Joannis Evangelium, solem mundo abstulisti. Porro qui naturas in Christo confun-*

Digitized by Google

dunt, non jam per alloeosin, naturarumque et idiomatum commutationem, sed vere de humana praedicare volentes, quod divinae modo est; et de divina, quod humanae tantum, hi Joannis Evangelium non jam obscurant et foedant, sed conculcant, quemadmodum processu ostendemus. Non inquam in re tam seria connivendum erat. Qui enim fiet, ut a veritate, quae Christus est, agnoscatur, qui veritatem deserendo agnoscere noluisse probatur? Accedebat ad hos stimulos et aliud calcar, sed infirmius, quam ut expergefacere posset, fratrum inhortatio[11]*, quorum alius de adversariis victoriam promittebat, alius ad discrimen pugnae aureis Glauci armis tegebat, alius aereis*[12]*. Hoc est, ne uspiam sim obscurus: monebant alii, ut acriter ac constanter tecum congrederer, alii vero suavitate ac lenitate confici tecum plus pollicebantur quam robore. Quid autem fecerim, aut quem potissimum secutus sim monitorem, ipse haud dubie vides multo melius, quam ego possim ostendere: sequimur enim ingenium ac Minervam, hoc est, nisi te offendat, spiritum: quibus invitis jacet ac friget quicquid egeris. Arbitratus ergo neque te adeo esse contumacem et implacabilem, ut, si modo nostra leges, offendi possis; neque me adeo tenerum atque impatientem pugnae, Deo gloria! ut si acriter occurras locum deserturus sim: bonis avibus non bellum decrevi, aut ad singulare certamen in arenam descendi, ut fecialem tibi mitto librum; non qui res repetitum, sed compositum veniat. Unde et ‚expositionis' ei nomen praefiximus, quo tibi sententiam nostram ac scripturae fundamentum, quo nitimur, amice exponat, ne ad manus veniatur: quod Pontificii et mordaces quidam, sed mali poetae aliquamdiu anxie optarunt. Quantum enim tua video, apparet nostra tibi esse ignotissima*[13]*; nam eis, quae jam dudum in medium attulimus, verbo absit invidia! omnia quae tu in contrarium producis nullo negotio possunt dilui. Quod si tibi perspecta sunt ac de industria praeterita: vereor ne te ullus Ajax tegere possit, quo minus publici hostes calumniatoris tibi nomen impingant. Verumtamen, utcunque res habeat, ingenue te appello ut, quae liberrime, sed simul candide*

Digitized by Google

apud te acturi sumus, benignam aurem praebeas, et aliquo ablegatis affectibus expendas; vel Alexandri Macedonis exemplo inductus, qui intervallo tridui aequior factus esse proditur ei, qui ab ipso irato provocaverat ad eundem placatum ac tranquillum. Visus es plerisque (nondum eo stomacho perfunctus, quem in quosdam gerebas) rem arduam in medio fervore tractavisse; neque bonis interim et innoxiis viris cum pro tua tum pro illorum dignitate pepercisse. Quod si ita est, appellabit et hic liber abs te irato ad placatum et conciliatum. Non enim te fugit, quam periculose in consilium admittantur ira, procacitas, contumacia, simultas et similia, quae audacter et impudenter se pro justitia, fortitudine, constantia, gravitate venditent. Te ergo liberum et placidum brevi tempusculo exhibe et tecum cogita, quam solliciti semper fuerint pii homines in confutandis erroribus, quantumque profuerint gregi dominico, quum citra passiones omnia expenderint; ac contra, quantum malorum ab his datum sit, qui affectibus mersi videre non potuerunt, quid liquido in quavis causa esset. Omnibus notum est, quantam malorum vim ecclesiae conciliaverint avaritia et ambitio, dolus et hypocrisis; et odio, invidia, contentione, aemulatione, atque adeo amaritudine, ira, impetu nihil mali putabimus oriturum? an haec affectus non sunt? Quin acriores sunt prioribus. Non est ergo, ut magnopere de spiritu gloriemur, si his adobruti erimus. Missis ergo factis, jucundi ac hilares, Carneadisque instar ἑλλεβοριζόμενοι[14], collationem ordiamur! Adspira vero et tu rerum omnium conditor, domine ac pater, et omnes ignorantiae passionumque nebulas ab utraque parte sic discute, ut aliquando grassantes aquas adducto vehementi vento in fugam vertisti atque almae telluri fecisti pullulandi germina sua copiam. Satis sit, oro, dissensum, satis tumultuatum, satis saevitum! Orere, gratissime Lucifer! protinus justitiae sol emica! Cum enim contenditur, negligitur sanctimonia, quam unice a nobis requiris. Vides, ut a contentione nunquam redeamus meliores: est enim carnis opus, a qua nemo regredi citra maculam potest. Contra, qui ab ea

Digitized by Google

sunt alieni, nunquam non fuerunt optimi. Ab eo igitur nos abstine, ut nervos omnes, quos alioqui ad certandum intendimus, ad virtutis opus accingamus! Tu vero, mi Luthere, id velis esse quod audis, purus, καθαρὸς ac serenus. Adferemus enim non acerba, sed aequa; non frivola, sed Deo fortia: quae si recipies, tum de integro profligabitur error, Antichristus corruet, qui te nunc non alia ratione vehit, quam quod veretur, si opinione cesseris, omnia sua collabi. Quod et alias secuturum esse nihil ambigo, etiam si laboriosius. Candide scripta candidius pro tua eruditione interpreteris, oro; et ubi omnia in Dei gloriam cogitaveris ac egeris, ut hactenus fecisse videris. Vale et ne quid temere! Tiguri pridie Calendas Martii[15] *MDXXVII.*

[1] Veranlaſſung zu dieſem Briefe war Bucer, der ſchon 8. Juli 1526 an Oecolamp. ſchrieb: Velim Zwinglius scribat libellum germanica lingua [was freilich nicht geſchah], in quo amice, sed tamen graviter Lutherum admoneat, ne nimium sibi fidat. Und weiter, nachdem er den Plan des Werkes entworfen: Velim etiam in titulo amicam ad Lutherum admonitionem, ne veritati obstrepat etc. (vgl. Hottinger, hist. eccl. VIII, 238 sqq.).

[2] Schuler ad h. l.: Zwingli's ‚Klare Unterrichtung vom Nachtmahl Chriſti' 1526 (opp. II, 429), war ſchon gegen Luther gerichtet, obgleich er ihn darin nicht nannte.

[3] Sprichwort aus Livius VIII, 8, 11. Baur, Zw.'s Theol. II, 450: ‚Zw. zeigt hiemit, daß er nun eine Entſcheidung im Streit ſicher erwartet und daß er ſich durchaus als einen ebenbürtigen Gegner Luthers anſieht.'

[4] 1 Cor. 14. — [5] Röm. 12, 10. — [6] Gal. 2, 14. — [7] Matth. 19, 16 f. — [8] Matth. 5, 15. — [9] Luc. 12, 47. — [10] 1 Cor. 8.

[11] Die aus Zw.'s Briefwechſel geſammelten Stellen, in welchen neben Oecol. beſonders Bucer und Capito ihn antreiben, auf Luthers Angriffe zu antworten, ſ. Baur II, 445.

[12] vgl. Homer. Il. 6, 235 f.

[13] Baur II, 449[1]: ‚Dieſe Klage Zw.'s war allzu berechtigt; denn wenn Luther von den Kämpfen Zw.'s gegen die Wiedertäufer nur ein wenig Notiz genommen hätte, wäre es unmöglich geweſen, ihn mit Carlſtadt und Münzer zuſammenzuwerfen'.

[14] Aul. Gell. 17, 15: Carneades [Philoſoph aus Cyrene, 215—130 v. Chr.] scripturus adversum Stoici Zenonis libros, superiora corporis elleboro candido purgavit, ne quid ex corruptis in stomacho humoribus ad domicilia usque animi redundaret et instantiam vigoremque mentis labefaciat.

[15] der Tag, wo der Druck des Werkes begann.

Digitized by Google

Wittenberg. Nr. 1146. 1. März 1527.

Luther an Kurfürst Johann von Sachsen.

Weitere Fürbitte für Casp. Schalbe in Eisenach (vgl. Nr. 1084. 1109. 1114).

Gedruckt: Erl. 53, 398, Nr. 194 und den dort angef. Orten. (Z. 7 lies: Schalben.) — Original im Weim. Arch. Reg. N. 108, 41 (Burkh.).

(Wittenberg.) Nr. 1147. (vor 11. März 1527)[1].

Luther an Spalatin.

Original: **1.** anhalt. Ges.-Arch. (mit der Aufschrift Spal.'s: P. M. Eberhardus | Brisgerus. | 1527); — handschriftlich: **2.** Cod. Jen. a. f. 256; — Drucke: **3.** Budd. p. 58; **4.** de Wette III, 163. — Deutsch: Walch XXI, 1079. — Wir geben den Text nach 1.

M. Georgio Spalatino, suo in Domino.

G. et P. Cum Cygneo Pastore[2] plura, modo cogitationibus et scriptionibus intentus in Sacramentarios, ut noluerim nec tu velles perdi ideam talem in animo. Referet autem M. Eberhardus omnia. Vale et ora pro me.

Mart. Luther.

[1] Das dem Original fehlende Jahr ergibt sich aus Spal.'s Aufschrift; das ungefähre Datum aus dem folgenden Brief.
[2] Nic. Hausmann.

(Wittenberg.) Nr. 1148. 11. März 1527.

Luther an Spalatin.

Original: **1.** anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: **2.** Cod. Dessav. A. 191; **3.** Cod. Jen. a. f. 210; — Drucke: **4.** Aurif. II, 330; **5.** de Wette III, 163. — Deutsch: Walch XVII, 2696. — Wir geben den Text nach 1.

Digitized by Google

Suo in Christo fratri, D. Georgio Spalatino, servo Dei Aldenburgae sincero et fideli.

G. et pacem. Nuper paucis per M. Eberhardum scripsi[1], occupatus et immersus, quamquam is (credo) omnia melius ore retulerit, quam ego literis possim[a] scribere, quae scire cuperes; idem faciet hic D. Nicolaus Hausmann, vir optimus et pius.

Ex Polonia nova si non audisti, ex hoc audies. Caetera apud nos adhuc bene[b] habent gratia Dei. Libellus meus in Regem Angliae mirum est, quam multos etiam ex nostris offendit[c], cum mihi valde necessarius videatur adversus tantam superbiam Satanae; sed Christus judicabit.

Praeterea Urbanus Regius[2] minari dicitur in me scripta, si[d] Oecolampadium et Zuinglium tantos viros (ut sentit) offendero[e]: sic mutatus est ab illo. Sic furiunt, etiam antequam videant solo auditu libelli mei: quid erit, ubi viderint? scilicet examina librorum in me unum extendent illi multi. Sed ego unum Oecolampadium deinceps apprehendam, caeteris contemptis, nec dimissurus (Christo operante), nisi Satanam traduxero. Augusta in sex divisa est sectas[3], solus ibi Joh. Frosch[4] et Stephanus[5] fortiter et sincere agunt in Christo, qui eos servet. Et tu pro nobis ora, ac vale cum tua costa. Feria 2. post Invocavit 1527.

T. Martinus Luther.

[a] possum 4. 5. — [b] † se 4. 5. — [c] offendat 4. 5. — [d] ? 1 unentſchieden ob si ob. sc., 2 sꝛ (= scilicet), ſo auch 4. — [e] offendere (1 ?); 4: non vult offendere.

[1] Nr. 1147. — [2] Vgl. Nr. 1132[6].

[3] darunter beſonders die Wiedertäufer zahlreich, welche 1527 an 1100 Gemeindeglieder ſtark waren (vgl. Baumann, Quellen zur Geſch. des Bauernkr. in Oberſchwaben [Stuttg. lit. Ver. Bd. 129] S. 138. 140. 145. 157).

[4] Vgl. Nr. 1105[1].

[5] Steph. Agricola (Kaſtenbauer) aus Abensberg in Baiern, alſo Landsmann des berühmten Geſchichtsſchreibers Aventinus, Auguſtiner, Beichtvater der Gemahlin Erzherzogs Ferdinand, dann als Nachfolger Staupitzens Domprediger in Salzburg unter Erzbiſchof Matth. Lang, von dieſem aber wegen lutheriſcher Geſinnung ins Gefängniß zu Mühldorf geworfen, kam

Digitized by Google

nach seiner Flucht 1523 nach Augsburg, wo er Prediger bei St. Anna wurde, und stellte sich hier gleich auf die lutherische Seite (vgl. Hetzer an Zwingli, 14. Sept. 1525, Zw. opp. VII, 408). Oecol. an Zw. 9. Nov. 1526 (Zw. opp. VII, 561): Augustani amici scribunt, Regium nostrarum esse partium, h. e. Christi, idque male habere Ranam et Agricolam.

(Wittenberg.) Nr. 1149. 17. März 1527.

Luther an Hans von Dolzig.

Empfiehlt einen früheren Mönch Heinrich als Gärtner. — Nachschrift: Luthers Frau schickt Pomeranzen.

Gedruckt: Erl. 53, 399, Nr. 195 und den dort angef. Orten; ferner handschriftlich: 1. Cod. Seidel, Dresden, am Schluß mit der Notiz ‚ex autographo' und auf der Rückseite abschriftlich das Indorsat Dolzigs: ‚Doctor Martinus Luther vorschreibt Herrn Heinrich zum lichteberg. Garten. Item schickt eine Pomeranz. Oculi 1527'; 2. alte Abschrift im Besitz des Dekans Zittel in Karlsruhe.

Nach 1 sind folgende Verbesserungen vorzunehmen, welche bereits de Wette III, S. XII anführt, in Erl. aber nicht berücksichtigt wurden: Z. 6. st. feinen: frummen; Z. 7 zum Dienst; Z. 9 nachkriegen; Z. 10 itzlicher.

Wittenberg. Nr. 1150. 21. März 1527.

Luther an Clemens Ursinus, Pfarrer in Bruck[1].

Gedruckt: 1. Aurif. II, 330[b]; 2. de Wette III, 165. — Deutsch: Walch XXI, 1030.

Ad Clementem Ursinum, Pastorem in Brucka.

Gratiam et pacem in Domino. Quod rogasti me, charissime Clemens, omnino dissuadeo, ut locum deseras, nisi coactus, sicut et Christus toleravit diu Judaeorum tarditatem. Hoc est tum vere pulverem excutere, si expellamur coacti: quis scit, si aliqui

Digitized by Google

sint, qui adhuc credent? Heroëm[2] tuum, ut incognitum, nondum audeo literis meis tentare, metuens, ne rem faciam pejorem, id quod mihi saepe alias accidit. Tu loquere et perge commissa causa Deo, sic tutus eris.

De missae legitimo usu restaurando jam multi sunt editi libelli Germanici a me[3] et aliis, unus vero a me de missae abusu Latinus[4], sed qui venditus et distractus est, ut non haberem, quem ad te mitterem. Zwingliana et Oecolampadiana sententia late serpit, habetque jam inter sese varias sectas, verum a diversis est contra eam scriptum et Latine et Germanice. Ego quoque jam librum Germanice in eos absolvo.[5] Tu si meam recipis exhortationem, fugies eam opinionem ut pestem, quia blasphema est in Christi verbum et fidem. Sic nos credimus et scimus. Idem sentio de parvulorum baptismo contra Balthasarem Hubmeier[a 6]. Quod si omnino docendum tibi est, saltem suspende in his articulis sententiam, et interim fidem, charitatem, libertatem spiritus, crucem, et obedientiam magistratus exerce, et bene instructos redde; alia venient suo tempore. In Apocalypsin nemo adhuc scripsit. Catalogum librorum meorum ipse non habeo, sed nec ipsos libros, ut qui optem, Biblia pura legi pro meis. Sum in opere Biblia corrigendi[7] ad veritatem Ebraicam, ora pro nobis. Polygamia Judaeis et gentibus concessa olim, non potest fideliter apud Christianos probari ac tuta conscientia tentari, nisi extrema foret necessitas, ut altera conjuge separata per lepram aut simile. Ideo carnalibus dices: si volent esse christiani, debent fidem colere et carnem cogere, non frena laxare; si volent esse gentes, faciant, quod volent suo periculo. Summa, evangelion sic doce, ut dicas, quae christiano cognoscenda sint omnia, sive firmi sivi infirmi sint. Sed a facto temperabis, nec quicquam mutabis, nisi prius roborati fuerint, et te coëgerint, ne tua voluntate, sed mera coactione ordinetur, si quid ordinandum fuerit.

Digitized by Google

Interim sine, ut verbum currat et faciat, quae Dominus voluerit. Salutabis Ambros. Buxium in charitate, Philippus Melanchthon te officiose salutat. Et tu in Domino optime vale, pro me oraturus in charitate, Amen. Wittembergae, feria 5. post Reminiscere 1527.

T. Martinus Luther.

* Huebner 1.

[1] Die Erwähnung Hubmeyers, der sich um jene Zeit in Nicolsburg in Mähren aufhielt, brachte Raupach, Evang. Oesterr. Forts. I, 73, auf die Vermuthung, es möchte Urfinus zu Bruck a. d. Leitha in Niederösterreich im Amt gestanden haben. Seidemann-de-Wette VI, 631 f. nimmt dieß dann für gewiß an. Ich kann dem nicht beistimmen. Zunächst erscheint in dieser Zeit ein evangelischer „Pastor" in Oesterreich, mit dem Luther nach den Mittheilungen, die er ihm über seine schriftstellerischen Arbeiten macht, näher bekannt sein mußte, der auch Melanchthon nicht fremd war, da dieser ihn ‚officiose' grüßt, an sich schon unwahrscheinlich; und außerdem hätte Luther nicht nur diesen einen Bekannten in dem entfernten Oesterreich gehabt, sondern auch noch einen zweiten, Ambr. Buzius, an den er Grüße aufträgt. Zudem blieb Bruck a. d. L. von der Reformation gänzlich unberührt (vgl. Wiedemann, Rf. und Gegenref. unter der Enns III, 539). Ferner aber richtet Luther später am 20. April 1539 nochmals ein kurzes Schreiben an Urfinus in Bruck, in welchem er ein Eheverlöbniß für gelöst erklärt und Urfinus bevollmächtigt, die gewesene Braut mit einem Andern zu trauen. Hier ist es wohl unzweifelhaft, daß von Bruck a. d. L. aus Luther nicht um sein Gutachten in einer Ehesache angerufen wurde. Es ist deßhalb dieses Bruck fallen zu lassen. Für welches aber von den vielen Bruck, welche die Ortslexica aufführen, soll man sich entscheiden? Sowohl jener Eheschein, als auch TR. Nr. 1292, wo Luther von dem Geiz der Pfarrer in Niemegk und Bruck redet, weisen auf einen nahe liegenden Ort hin, der kein anderer sein kann, als die bis 1815 zu Kursachsen, jetzt zum R.-B. Potsdam, Kr. Belzig, gehörige Stadt Brück an der Plane, woher der Wittenberger Pfarrer Simon Heins, Vorgänger Bugenhagens, sowie sein Bruder, der bekannte sächsische Kanzler Gregor Brück, der seinen Familiennamen aufgab und sich nach seiner Vaterstadt nannte, stammten. In dem erwähnten Eheschein dürfte deßhalb vielleicht auch Simon Heins oder Heinse statt Hesse zu lesen sein.

[2] Heros von Luther öfter zur Bezeichnung eines von Adel gebraucht, vgl. Nr. 1181.

[3] Deutsche Messe, 1526. Erl. 22, 226.

Digitized by Google

[4] De abroganda missa privata, 1522, opp. v. arg. 6, 115.
[5] Daß dieſe Worte Chriſti ꝛc. Erl. 30, 14.
[6] Der bekannte Wiedertäufer Balth. Hubmeier aus Friedberg bei Augsburg (daher Pacimontanus), geb. 1480, am 10. März 1528 zu Wien verbrannt, hat mehrere Schriften gegen die Kindertaufe geſchrieben.
[7] Dieß bezieht ſich auf die lateiniſche Bibelüberſetzung Luthers, von welcher, jedoch ohne ſeinen Namen, 1529 bei Schirlenz in Wittenberg die 5 Bch. Moſ. bis 2 Bch. der Könige, ſowie das N. T. erſchienen, und in der die Vulgata nach dem hebr. und griech. Grundtext verbeſſert iſt; vgl. Köſtlin[2] II, 162; J. M. Krafft, prodromus historiae versionis germanicae bibliorum. Hamb. 1714, p. 20. Daß jedoch dieſe Bibelüberſetzung von Luther herrühre, wird von Boysen, dissert. critica de Codicibus graecis N. T. (Lips. 1723) p. 12 und von Lilienthal in Unſch. Nachr. 1736, 746 beſtritten, auf Grund einer Stelle in der: Wiederholten Chriſtl. gemeinen Confeſſion, wie in der Sächſ. Kirche wider die Sacramentirer gelehrt wird, 1571, worin es heißt: ‚Es leben noch glaubwürdige Perſonen, die noch wohl gedenken und wiſſen, daß dieſelbe latina translatio etliche Jahr, nachdem ſie bereits gedruckt geweſen, von Luther ſei hinterhalten worden, ohne Zweifel nicht ohne Urſach, denn er ſie ſelbſt nicht gemacht.' Lilienthal eignet ſie auf Grund einer handſchriftlichen Bemerkung Polianders in ſeinem Exemplar (in der Königsberger Bibl.): Auctor Sebaldus Munsterus e Vitteberga dono misit, dem Juriſten Münſter zu.

(Wittenberg.) Nr. 1151. 29. März 1527.

Luther an Nic. Hausmann in Zwickau.

Ermahnung an Hausmann, ſeinem Prediger (P. Lindenau) Einhalt zu thun, der auf der Kanzel Rathsperſonen angegriffen; Strafen der Perſon gehöre nicht auf die Kanzel, ſondern in die Gemeindeverſammlung.

Gedruckt: Erl. 53, 399, Nr. 196 und den dort angef. Orten; außerdem in einer Abſchrift Steph. Roths auf der Zwickauer Rathsſchulbibl. Bd. XXXIV, mit den Varianten: Z. 2 mir fur gewiß geſagt; S. 400, Z. 4 von Gotts Gnaden; Z. 5 Perſonen; Z. 16 in den Kirchen; Z. 17 ſtrafen umb allerlei.

[1] Z. 2 N.] der Bürgermeiſter Mühlpfort, der am 15. März ſeine Klagen nach Wittenberg geſandt hatte, vgl. G. Müller, Lindenau, 1880, S. 26.

Digitized by Google

[2] Z. 3 euer Prediger einer] Paul Lindenau (od. Lindemann), geb. 1489 zu Chemnitz, 1505 in Leipzig immatriculirt, dann Benedictiner in seiner Vaterstadt, 1522 (?) ausgetreten, dann Schulmeister zu Schweinfurt (?), Meßpriester in Ehrenfriedersdorf bei Zwickau. 1523, von Luther empfohlen, um Michaelis durch Rath und Gemeinde (gegen Seckend. II, 102[b]) nach Zwickau als Prediger zu Unser lieben Frauen berufen, wirkte er hier neben dem bedächtigeren Hausmann energisch für die Durchführung der Reformation. Mit dem Rath kam er in ein gespanntes Verhältniß dadurch, daß dieser, der sich einen großen Einfluß in Kirchensachen gewahrt hatte, ihm öfters ohne Vorwissen des Pfarrers Befehle zugehen ließ, die Lindenau nicht als gültig ansah, und sich dadurch besonders den Zorn des Bürgermeisters Mühlpfort zuzog, dessen Lebenswandel auch zu mancherlei Tadel Veranlassung gab, den Lindenau auf der Kanzel vorbrachte. Mühlpf. beklagte sich darüber bei Luther und stellte die Sache so dar, als solle ein Spiel werden, den Zeiten Thom. Münzers nicht unähnlich. Durch Luthers Ermahnungen in unserem Brief, sowie in einem fehlenden an Lindenau (vgl. Nr. 1285) wurde der Streit für dießmal beigelegt, um im nächsten Jahr aufs Neue loszubrechen (vgl. Müller l. c.). — Auch Melanchthon fühlte sich durch die Nachrichten aus Zwickau bewogen, an den dortigen Rath einen Brief zu richten (mitgetheilt von Buchwald in Luthardts Ztschr. f. chrstl. Wst. 1884, S. 102), in welchem er seine Indignation über den ihm persönlich unbekannten L. ausspricht, besonders über eine Aeußerung desselben: ‚Man solle die alten Narren auf die Mäuler schlagen', und den Rath ermahnt, der Frechheit des Predigers Einhalt zu thun.

[3] S. 400, Z. 4 daß solch Strafen ꝛc.] Der hier geäußerte Gedanke, daß das Strafen der Person der Gemeindeversammlung zustehe, hatte Luther bereits in der ‚Deutschen Messe' (Erl. 22, 230 f.) ausgesprochen; die Ausführung desselben erhoffte er von der Kirchenvisitation; vgl. Köstlin[2] II, 18.

[4] Z. 10 St. Paulus] 1 Tim. 5, 1.

Zürich. Nr. 1152. 1. April 1527.

Zwingli an Luther[1].

Drucke: **1.** Veesenmeyer, Literärgesch. der Briefsamml. Luthers, 1821, S. 194; **2.** Zwinglii opp. ed. Schuler et Schulthess VIII, 39. — Nach Schelhorn, amoenit III, 105 soll sich das Autograph in der Krafft'schen Bibliothek zu Ulm befunden haben, es war aber wahrscheinlich nur eine Abschrift, nach welcher 1. edirte.

Digitized by Google

H. Zuinglius' doctissimo viro Martino Luthero, fratri suo in Domino suscipiendo.

Gratiam et pacem a Domino. Compulisti, Luthere doctissime, nos hanc exegesin, in qua te paulo liberius, at citra omne convicium excepimus[b], *ad te invitissimos*[c] *plane scribere. Sic enim te semper observavi, ut patrem non potuissem magis, etiamsi literis ad te datis hoc non perinde atque rerum momentis*[d] *testatus sim, neque te colendi finem faciam, nisi tu nolis pertinaciter veritati resistendi finem nullum invenire. Agam enim per epistolam tecum prorsus aperte. Scrutabaris olim scripturas gnaviter*[e]*, ac quid pervestigasses, ante omnes mortales confitebaris atque defendebas adversus omne hostium genus. Confluebat in his omnibus amarulentia quaedam intolerabilis hostibus, quam tamen ipsi devorabamus aliquamdiu succedente paululum negotio, et hostibus in diem infensius urgentibus crevit impatientia, quae te in transversum sic egit, ut nunc non pauca admittas, quae paulo ante in hoste damnabas. Volebas olim omnia ecclesiae judiciis deferre; nunc, si vera sunt, quae de te et scribuntur et narrantur, quibus potes autor es, ut ista de eucharistia sententia ad ecclesias non perveniat. Ubi ergo licet sedenti in ecclesia loqui*[2]*? Damnabas olim furorem caedesque Pontificum; nunc autor es Principibus, et huic hominum generi, quod incivilius, ne dicam immanius, etiamsi nullus adsit inhortator, saevit in miseros servos ferro et flamma, non tumultuosos tantum vastandi ac perdendi, sed innocentem quoque turbam istam, quae solummodo credit, quod verum esse videt. Minaris etiam quam atrocissime Arriani tempora; unde vero? quod Principibus, ut rem ferro peragant, perinde autor es, atque Faber nebulo*[3]*, Eccius et id genus Centaurorum. Cur enim ad Hassiae Principem scripsisti*[4]*, nunc ferro decertandum esse? Quae res, doctissime Luthere, nobis dolorem summum adferunt, non quod metu tabescamus, sed quod, sive fatearis, sive minus, vereamur impatientiam tuam in furorem esse conversam, cumque scripturis desperes negotium hoc sustineri posse, ad arma convertaris. Id autem quum adhuc nemo sit uspiam, cui saltem*

Digitized by Google

libere licuerit de hac re disserere, convictus, si convicti essemus, jam nemo moraretur, si nollemus resipiscere, ut magistratus paulo durius in nos animadverteret. Nunc ergo cum adeo nihil proferas, vel te, vel religione christiana dignum, ipsaque veri cognitio in diem augescat, tibi vero crescat non mansuetudo et humanitas, sed audacia et crudelitas, plurimi sunt, qui te opinantur aliquid tale pati, quod isti, qui a Domino repudiantur. Sed absit hoc a Luthero! Si enim πληροφορίᾳ *tam certus est, atque non solum ipse, et multi et ego quoque polliceor, non ignorabit mensuram suam. Nullus unquam tam absolute doctus fuit, ut nihil ignoret, nullius oblivisceretur, nusquam laberetur; unde et priscis dictum est: ‚Nonnunquam magnus dormitat Homerus'*[5]*. Sic te, mi Luthere, jam dudum huc* τοῦ γνῶθι σεαυτὸν *venisse arbitror, ut videris, te multa ignorare, utcunque Deum spiritum habueris familiarem ac propitium. Dicito igitur in hoc etiam tibi: Quid si et hic non recte prospiciam, dilucide omnia; ne hanc causam iniquo loco defendendo cedere coactus, omnia, quae docuisti, et si non omnia in ruinam, at omnia in suspicionem trahas. Quod enim speras, te planissime fallit. Quaeris, quid speres? dicam ingenue. Speras pro opere, quod nunc concinnas, in quo deseris naturalem carnis esum, et converteris ad carnem vivificantem in mysterio virtute Spiritus divini, ubi mira magnificaque concinnas, speras, inquam, ut vereor, istuc nebulam aliquam excitaturum, qua perstricti Principum et seditiosorum oculi vel hic haereant, ut dicant, non est plane corpus dominicum a Coena tollendum. Sed frustra speras. Nunquam enim aliud obtinebis, quam quod Christi corpus quum*[f] *in Coena, quum*[f] *in mentibus piorum non*[g] *aliter sit, quam sola contemplatione, et nos posteaquam processimus, commenta omnia prodemus. Huc enim venisti autoritatis, ut rem istam putas ea fulcitum iri. Huic autem autoritati quum magnopere cupiamus nihil deminui, si tamen aliter fieri non possit, quam minimum tamen detrahemus. Ista ex pectore monens dico atque edico. Nota et perspecta nobis est eruditio tua, vis et acumen, sed nota est simul*

Digitized by Google

veritas. Hanc si in aliqua ratione perrexeris obscurare, aut saltem morari, intrepide tecum agemus. At non fient bono ecclesiae Christi hujusmodi pugnae? Fient; aderit enim veritatis spiritus, qui nos in omnem veritatem manuducet[6]*, quo simul fiet, ut, quae incautius aut imprudentius exciderunt, emendentur. Ipse scripsisti ad Principem Hassiae, negotium hoc ad judicem Deum devolutum esse. Quod equidem agnosco, sed simul spero, hunc judicem eos quoque prodituram esse, qui sua pro divinis tradunt, et si qui hypocriseos genere misellum ejus gregem fefellerunt, retunsurum*[h]*. Ἁδρῷ πλάσματι*[7]*, hoc est, magnifico isto dicendi pinguique genere plurimi utuntur, pauci tamen magnifica propter Deum aut patiuntur aut faciunt. Placet ergo, nisi me fallo tecum judici illi tumorem istum verborum ac simulationis subducere; placet, quae turbulentius dicta et in vulgus effusa sunt, extergere; placet, qui ejus bonitate evecti ipsum negligere coeperunt, sese autem colere, his*[i] *fucum detrahere. Nostrum erit, doctissime Luthere, nihil ex affectu agere, nihil decertando extorquere, nihil nostra autoritate fulcire, quo tutius ejus sententiam exspectemus. Nolimus Pontificiis respirandi spatium nostro dare dissidio, nolimus fidere stili mucrone. Est enim et aliis stilus, etsi non acutissimus, at solidissimus*[k]*. Proinde, mi Luthere, quicquid tandem statueris, crudelitate*[l] *tamen parce, et si quid in expositione ista peccatum nobis est, publice, si non velis privatim, admone. Sed heus tu cave, ne quid sinistrius tentes; non enim connivebimus. Vale, et mentem contemplatione mortis resurrectionisque Christi exerce. Nam si corpus naturale adhibeas, ne fide vestitu*[m]*, neque mundum perpetuo tam stultum futurum spera, ut nihil discernat inter verborum involucra et veritatis fundamenta. Persuadeas tibi, nos tui perpetuo observantissimos futuros*[n]*, si tu quoque pergis esse, quod audis, καθαρὸς scilicet, hoc est, purus*[8]*, mundus, defaecatus a studio sui, et minus nihil contumeliarum immunditiam veriturus*[o]*. Iterum vale, et, ne quid temere.*

Tiguri, Cal. April. MDXXVII.

H. Zwinglius, tuus ex animo, quam diu tibi sedet animo candidum veritatis studium.

Digitized by Google

[a] H. Zwingl. fehlt 1. — [b] accepimus 1. — [c] invitissimum 1., wozu B. bemerkt: Vermuthlich dachte Zw. nicht mehr daran, daß er oben nos geschrieben. — [d] monumentis 1. — [e] graviter 1, doch mit der Bemerkung: ‚vielleicht gnaviter, doch gibt gr. auch einen nicht unrechten Sinn'. — [f] Beidemal quam 1. — [g] ‚non' fehlt. — [h] redundaturum 1, mit der Bemerkung: ‚So heißt es in der Abschrift wo das Wort corrigirt ist, aber so, daß man nichts deutlichers herausbringt; vielleicht: retardaturum'. — [i] his fehlt 1. — [k] solitissimus 1. — [l] crudelitati 1. — [m] non vestitum 1. — [n] observandissimos 2; deservandissimum futurum 1. — [o] veriturum 1; veriturus 2.

[1] Mit diesem Brief übersandte Zw. seine unterdeß im Druck fertig gewordene Amica exegesis, demnach auch Nr. 1145 an Luther.

[2] Vgl. 1 Cor. 14, 30. — [3] 2 im Text: Faber, Nebulo, wornach unter dem Nebulo Murner zu verstehen wäre. Aber die Bezeichnung Fabers als nebulo ist bei Zw. häufiger, vgl. z. B. opp. III, 562.

[4] Dieser Brief fehlt. Zwingli konnte die Nachricht durch Ulrich von Württemberg haben, der damals in Marburg weilte und Zwingli so zugethan war, daß seine Freunde Zwingli terrenum ejus idolum nannten (vgl. den Brief des Secretärs Ulrichs, Joh. Kornmesser, an Zwingli vom 4. April 1527, Zw. opp. VIII, 43).

[5] Horat. ars poet. 359. — [6] Joh. 16, 13.

[7] Aul. Gell. VII, 14: genera dicendi probabilia sunt tria, quae Graeci χαρακτῆρας vocant, nominaque eis fecerunt ἁδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον. Nos quoque, quam primum posuimus, ‚uberem' vocamus ... Uberi dignitas atque amplitudo est ... Ea ipsa genera dicendi jam antiquitus tradita ab Homero sunt tria in tribus: magnificum in Ulixe et uber est ...

[8] Anspielung auf Luthers Name nach schweizerischer Aussprache: luter (= lauter). Weesenm.

(Straßburg.) Nr. 1153. (2. April 1527.)[1]

Nic. Gerbel an Luther.

Handschriftlich: **1.** Thes. Baum. III, 16. in Straßburg (nach einem Mf. der Seminarbibl.); — Drucke: **2.** Röhrich, Gsch. der Rf. im Elsaß I, 456 (s. a. et d., nach einer Abschrift der Straßb. Biblioth. Collect. Schadaei); **3.** Kolde, Anal. 85 (aus dem Thes. Baum.).

Numquam hactenus tam beatae prosperaeque fuere res tuae, quam sunt hodie, charissime mi Luthere. Cum enim superioribus annis quasi[a] *sterquilinium fueris Papistis, ut ajunt, nunc commodo et ornamento contemneris*

Digitized by Google

ab iis[a], *qui apud instabile vulgus eruditionis et sanctimoniae sibi titulis placent, sive qui novis quibusdam artibus Magistratus adeo sibi devinciunt, ut nihil probent nec audeant, nisi ab his quod probetur et quod hi fuerint ausi. Hinc tot modo opiniones et sectae atque hae multo perniciosiores*[b] *prioribus, quod pietatis praetextu sursum ac deorsum omnia commisceantur*[c]. *Ante annos non multos si quando domo egrederer, Papistae horrendis vultibus nutibusque tyrannicis me prosequebantur. Nunc non vultu, non nutu, sed contumeliis et conviciis incessor a Tropiariis*[3] *istis, topiariis dicturus eram, atque Spiritistis, multo sane acerbius, quam hodie a quibusvis aliis affligor. Feliciter sane et belle! Qui libenter ab utrisque indigna patior potius, quam falsi mendaciique insimulem Christum, qui adeo abfuit a mendacio semper, quantum illi iracundiae atque superbiae sunt propinquissimi. Saepe te hortatus sum, libellum ederes testem fidei atque sententiae tuae post tot illorum volumina, si forsan adhuc nonnulli servari possent. Periculum enim est, ne et ex iis aliqui, qui nunc in sententia tua sunt, non adeo sollicite constanterque rem sint tractaturi; quod Sacramentarii illi fucis, lenociniis*[d] *et dolis in diversum agunt homines formidolosos et harundinis in morem flexiles. Sed de his satis. Sigismundus ille Comes de Hohenloë*[4] *jussit, ut se tibi vehementer commendarem. Perstat enim in sincera sententia*[e] τῆς εὐχαριστίας, *detestaturque ignobilem illorum arrogantiam. Neque cessat libellos tuos in Gallicam linguam versos subinde mittere Gallorum regis sorori, feminae pietate misericordiaque erga exules et afflictos singulari. Quam, si tu per otium posses, plurimum cupit libello aliquo per te in tam sancto instituto ut perseveret*[f] *adhortari. Nomen illi Margarethae Ducissae ut ferunt Alegoniae*[5]. *Ita tamen ne hortatu suo id factum esse quisquam resciscat.*

Hervagius[6] *cum intelligeret, me tibi scripturum, rogavit nomine suo orarem te, quia in manibus habeat commentarios tuos Postillae*[g] *versos in linguam latinam*[7], *ejecturusque sit omnia, quae tua non sunt, ut tu prae-*

Digitized by Google

fatione libellum insignires fulciresque autoritate nominis tui. Tu, quod[h] *tibi faciendum esse putaveris, fac quaeso. Vellem gratificari posse amico, si citra molestiam otii tui fieri posset.*

Tu, mi Luthere, quia a me supra quam dicere ausim amaris, vel semel scribe de rebus tuis, num deliberaveris te scripturum adversus detestabiles istas otiosorum[i] *hominum opiniones. Video enim, etiam sopita hac, aliam superesse multo formidabiliorem. Jam enim alas sumsere Icaromenippi*[8] *isti et in secretissima Trinitatis arcana penetrarunt: nescio quid de Personis excogitaturi, turbaturi sapientia sua miseram et novarum rerum cupidam plebem. Merito jureque optimo hoc ferimus. Saluta meo nomine Jonam, Pomeranum, ceteros quam potes diligentissime.*

[a] ut 2. — [b] perniciores 1. 3 (mit sic). — [c] commiscantur 1; commiscentur 3. — [d] fuci lenociniis 1. 2. — [e] † illis 1. 3. — [f] perseveraret 2. — [g] postillae fehlt 2. — [h] quid 2. — [i] otiosores 1. 3.

[1] Während Herminjard, corresp. des réf. II, 1[2] dieſen Brief in den Anfang des Jahres und Kolde um Ende März ſetzt, läßt ſich jetzt aus einer Bemerkung in Gerbels Tagebuch (vgl. Baum, Magiſtrat und Ref. 168[2]): Martis [post Laetare] scribo Luthero, das Datum genau beſtimmen.

[2] Damit ſind die Straßb. Prediger gemeint, auf welche G. übel zu ſprechen war und die damals ſchon ziemlichen Einfluß auf den Rath ausübten; vgl. Baum l. c.

[3] die Anhänger Zwingli's und Oecolampads, die die Einſetzungsworte topiſch, figürlich auslegten; topiarius eigentl. ein Ziergärtner.

[4] Graf Siegmund von Hohenlohe, Verfaſſer von: „Creutzbüchlein oder ermanung des wolgebornen Herrn Sigmunden Graven von Hohenloe Thumbechan der hohen Stift zu Straßburg, nach altem herkommen beſchehen an die Vicarien und Chorverwanten daſelbſt'. Straßb. 9. Mai 1525 (vgl. darüber Röhrich l. c. I, 245; Stud. und Krit. 1880, 180), hatte am 22. Aug. 1525 auf ſeine Würde verzichtet (Gerbel, der Domkapitelsſchreiber, in ſeinem Tagebuch bei Baum l. c. 167: Jovis quae fuit octava assumptionis Mariae resignat decanus) und das Straßb. Bürgerrecht angenommen, verließ am 27. Aug. 1527 Straßburg und trat, ohne ſeine evangeliſche Ueberzeugung aufzugeben, in franzöſiſche Dienſte (Geſandter des Königs Franz I. an Philipp von Heſſen im März 1528, vgl. Forſchungen z. deutſch. Gſch. XVI, 6 f.); er ſtarb am 8. Auguſt 1534 in Augsburg (vgl. Wibel, Lebensgſch. des Grafen S. v. Hohenl. 1748; Röhrich l. c. 244 ff.). Ueber

Digitized by Google

seine Freundschaft mit Margarethe: Lotheißen, Königin Marg. v. Navarra. 1885, S. 181.

[5] Es soll wohl heißen: Alençoniae. Aeltere Schwester Königs Franz I., geb. 11. April 1492, verheirathet 1509 mit Herzog Karl v. Alençon, Wittwe 1525, vermählte sich wieder 24. Januar 1527 mit Heinrich II. v. Navarra, starb 21. Decb. 1549. Ohne mit der alten Kirche völlig zu brechen, war sie protestantisch gesinnt, während ihre Tochter Johanna, Mutter Heinrichs IV. v. Frankreich, zur reformirten Kirche übertrat. Vgl. Lotheißen l. c., beß. S. 179 ff.

[6] Vgl. Nr. 1098[1]. — [7] Vgl. Erl.[2] 7, XXXVI.

[8] Lucians Ἰκαρομένιππος ἢ ὑπερνέφελον. Menippus, welcher auf Erden über die höchsten Dinge nur einander widersprechende Meinungen der Philosophen findet, macht sich, wie einst Ikarus, Flügel und schwingt sich bis zum Thron Jupiters auf, um die Wahrheit zu erkennen. Der ganze Dialog ist eine Satire wider den damaligen Götterglauben und die Ansichten der Philosophen. — Unter den Ikaromenippen meint Gerbel die Antitrinitarier M. Keller, Hetzer und Denck, die um jene Zeit in Straßburg waren, und durch deren Umgang auch die Straßburger Theologen, beß. Capito, in den Verdacht antitrinitarischer Meinungen kamen; vgl. Röhrich I, 345; Trechsel, Antitrin. I, 25.

(Wittenberg.) Nr. 1154. 9. April 1527.

Luther an Justus Menius in Erfurt.

Drucke: **1.** Aurif. II, 331[b]; **2.** de Wette III, 167. — Deutsch: Walch XXI, 1032.

D. Justo Menio, servo Christi Erford. fideli, in Christo fratri.

Gratia et pax. Data est opera, ut Apologeticus tuus[1] excudatur, mi Juste, qua ratione autem convenerint typographus et tuus tabellarius, idem tibi referet. Erfordia tua est Erfordia: tam cito sequitur ira de coelo, ut simulac coeperit gratia lucere, statim concurrat et furor Dei excaecantis et gravantis cor Pharaonis[2]. Tu ora pro me Dominum, et salutabis D. Langum et omnes nostros in Christo. Feria 3. post Judica 1527.

Martinus Luther.

Digitized by Google

[1] Der Apologeticus ist nicht, wie de W. meint, die ‚Schutzred', welche damals schon gedruckt war, vgl. Nr. 1137[3], sondern die dort bereits erwähnte Predigt, welche M. an Reminiscere, 17. März, hielt und die, mit Luthers Vorrede versehen (vgl. Erl. 63, 258; Schmidt, Men. I, 70) u. d. T. erschien: Etlicher Gottlosen vnd widderchristischen lere von der Papistischen Messen, so der Barfusser zu Erfurt D. Conrad Kling gethan, Verlegung durch Justum Menium am Sontag Reminiscere geprediget 1527; am Schluß: Gedruckt zu Wittemberg durch Hans Lufft, 1527. 5 Bg. 4°.

[2] bezieht sich auf die theilweise Wiedereinführung des alten Cultus in einigen Kirchen Erfurts, die mit politischen Umständen, nämlich mit dem Doppelverhältniß zusammenhing, in welchem Erfurt zu seinem Erbherrn, dem Mainzer Erzbischof, und zu dem Schutzherrn, dem Kurfürsten zu Sachsen, stand. Weil des Letzteren Einfluß zu mächtig zu werden schien, wandte man sich im Rath wieder dem entfernt wohnenden Ersteren zu. Die Folge davon war das Wiederhervortreten der katholischen Partei und die Fortschritte derselben. Vgl. Nr. 1137[2]; Kampschulte II, 245; Schmidt I, 75.

(Wittenberg.) Nr. 1155. 22. April 1527.

Luther an Friedrich Pistorius[1], Abt zu St. Aegidien in Nürnberg.

Drucke: **1.** Aurif. II, 332[b]; **2.** de Wette III, 168. — Deutsch: Walch XXI, 1035.

Venerabili in Christo viro, D. Friderico, Abbati Aegidianae familiae apud Norimbergenses, suo in Domino majori.

Gratiam et pacem. Ignotus ignoto, vir optime, scribo, id facit meus ac jam plusquam tuus Wenceslaus Lincus, qui tuo nomine mihi aeneum horologium[2] a te donatum misit, donum gratissimum, ita ut cogar fieri mathematicis nostris discipulus, donec intelligam omnes istas formas et regulas unius horologii, nam antea non vidi nec observavi tale, rudis scilicet harum rerum mathematices. Utinam possem animo tuo respondere, quem intelligo hoc dono significari intime, nihil esset quod magis vellem

Digitized by Google

praestare. Hoc pro jucunda familiaritate velim candide (ut spero) accipias, ac bene valeas, oraturus pro me. Feria 2. Paschae 1527.

Martinus Luther.

[1] Friedrich, mit dem Beinamen Piſtorius (der jedoch nicht eine lateiniſche Ueberſetzung des Familiennamens war, denn dieſer war nach einem alten Mſ.: ‚Haß'), geb. 1485 zu Prezfeld bei Forchheim, wurde am 5. Juli 1520 der letzte Abt des Schotten-Benedictinerkloſters zu St. Aegidien in Nürnberg. Am 12. Juli 1525 übergab er ſein Kloſter dem Rath; ihm ſelbſt verblieb neben einem Gehalt die Wohnung im Kloſter und der Titel eines Abtes, ohne daß wir finden, daß er einen weiteren Kirchendienſt angenommen. Durch dieſen Brief ward der Verkehr mit Luther, dem er äußerlich ſehr ähnlich geſehen haben ſoll, eröffnet. Luther widmete ihm 1530 das ‚ſchöne Confitemini, Pſ. 118', Erl. 41, 7. Er ſtarb am 10. Juni 1553. Den Namen Piſtorius hatte er bekommen, weil ſein Vater vielleicht Bäcker war oder er ſelbſt anfänglich dem Kloſterbäcker als Gehülfe beigegeben war. Vgl. Will, Nürnb. Gel.-Lex. s. v. Piſtorius; Nürnb. Geſch.-, Kunſt- und Alterthumsfreund von M. M. Mayer 1842, 195.

[2] wohl eine vom Erfinder der Taſchenuhren, Peter Hele (geſt. 1542), ſelbſt verfertigte Uhr. Vgl. über ihn Cochläus in ſeiner Ausg. des Pomponius Mela. 1512. Bl. J1; Mayer l. c. 178.

(Wittenberg.) Nr. 1156. 28. April 1527.

Luther an Kurfürſt Johann von Sachſen.

Fürbitte für den aus Mühlhauſen vertriebenen Bürger Michael Koch.

Gedruckt: Erl. 53, 400, Nr. 197 und den dort angef. Orten; Original: Weimar. Geſ.-Arch. Reg. N. fol. 108. 41. (Burkh. S. 117.)

[1] S. 401, Z. 7. Michael Koch, Wollweber, im Bauernkrieg compromittirt, war von Haus und Hof vertrieben und ſeine Güter vom Rath zu Mühlhauſen eingezogen, Burkh. l. c.

Digitized by Google

(Wittenberg.) Nr. 1157. 29. April 1527.

Luther an Spalatin.

Original: 1. anhalt. Geſ.-Arch.; — Drucke: 2. Budd. p. 53; 3. de Wette III, 169. — Deutſch: Walch XXI, 1038. — Wir geben den Text nach 1.

Suo in Domino Georgio Spalatino, charissimo fratri.

Gratiam et pacem. Redit Magister Eberhardus[1], a me acceptus pro mea tenuitate; is referet, quae vidit et audivit. E Nurmberga missus et editus est libellus[2] imaginibus prophetalibus, quas Hieroglyphia vocari credo, cursum et fatum[a] papatus mira proprietate praemonstrans, quem hic recudemus, alioqui misissem, licet exemplar sit nobis unicum, deinde alienum. Ora pro me Christum, in quo et vale. Feria 2. post Quasimodogeniti 1527.

Mart. Luther.

[a] fata 2. 3.

[1] Brisger.

[2] Eine wunderliche weiſſa- | gung, von dem Pabſtum, wie es | yhm bis an das ende der welt ge- | hen ſol, ynn figuren odder | gemelde begriffen, ge- | funden zu Nurm- | berg, ym Car- | thauſerklo- | ſter vnd iſt | ser alt. | Ein vorred Andreas Oſianders. | Mit gutter verſtandlicher auslegung, durch | geleerte leut, verklert. Welche Hans | Sachs jn Deutſche reymen | gefaſſet vnd dazu | geſetzt hat. | Jm M. D. xx. vij Jare. (Gedrucket Nürnberg, Hans Guldenmundt. Ueber die verſch. Ausgaben ſ. Weller, der Volksdichter H. Sachs, 1868, Nr. 216.) — Oſiander fand im Karthäuſerkloſter zu Nürnberg unter dem obigen Titel 30 Bilder, die er für ‚ſehr alte' Bilder hielt, deren Motive aber der erſt 1515 zu Bologna gedruckten angeblichen (vgl. Muratori Antiq. Ital. med. aev. III, 945) Schrift des Abtes Joachim von Floris (geſt. 1202) Vaticinia de summis Romanis pontificibus 30 entnommen waren. Auf ſeine Aufforderung verfertigte Hans Sachs auf das Papſtthum zugeſpitzte Reime dazu. Der Rath, welcher fürchtete, daß dieſe Schrift eine ‚Verbitterung des gemeinen Mannes' veranlaſſen könne, ertheilte am 27. März Oſiander und Sachs eine Verwarnung darüber. (Vgl. Waldau, Beitr. II, 350; Soden, Beitr. z. Gſch. der Rf. 1855, S. 279; Roth, Rfgſch. Nürnb. 218; Holſtein, Ref. im Spiegelbild der dram. Lit. 67; W. Kawerau, Hans Sachs 70 ff.). Nach Seckend. II, 89 ſetzte Oſiander dieſe Herausgabe der von Kath. Seite veran-

Digitized by Google

laßten Herausgabe der Liechtenberger'schen Weissagungen entgegen, die die Papisten in den Verfolgungen der Geistlichen während des Bauernkrieges erfüllt sahen. — Gegen die Osiander'sche Erklärung der Papstbilder verhielt sich Paracelsus, der damals schon mit der Reformation gebrochen hatte, polemisch; seine Schrift in seinen Werken, Fol.-Ausg. II, 574; vgl. Schubert und Sudhoff, Paracelsus-Forschungen II, 153; auch: J. Wolf, lect. memorab. VI, 446.

Nr. 1158.

(Wittenberg.) (April oder später) 1527.

Luther an Just. Menius in Erfurt.

Drucke: 1. Aurif. II, 360[b]; 2. de Wette III, 227 (datirt: im November?). — Deutsch: Walch XXI, 1074.

Gratia et pax. Venit hic bibliophorus afferens tuum commentarium adversus Klingum[1] tardius quidem, sed sic fieri oportuit. Christus suam gloriam apud vos suscitabit (spero) per hanc sui ignominiam, quando nihil glorificatur Dei, quod non prius crucifigatur in mundo, nisi Erfordia sit, quae meruerit verbo recens nato et contempto spoliari; verum mihi bona polliceor, ac meliora spero, quod in hac Corintho multos sibi habeat Christus electos[2], ideo sic furit et formidat Satan, eripi illos suis faucibus. Has literas (rogo) Jacobo Koch, in foro Piscatorio zun Wolfen, reddi curato. Gratia Dei tecum. 1527.

Martinus Luther.

[1] Die Nr. 1154[1] erwähnte Schrift. — [2] Vgl. Apstgsch. 18, 10.

(Wittenberg.) Nr. 1159. 4. Mai 1527.

Luther an Spalatin.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. 193; — Drucke: 3. Budd. p. 54; 4. de Wette III, 171. — Deutsch: Walch XXI, 1038. — Wir geben den Text nach 1.

Digitized by Google

Suo in Christo charissimo fratri, D. Georgio Spalatino, Episcopo Aldenburgensi.

G. et pacem. Has literas e Prussia accepi ad te mittendas, praeterea nihil novi hic est. Zwinglius mihi epistolam scripsit, superbiae, calumniae, pertinaciae, odii, ac paene malitiae totius plenam, sub optimis tamen verbis[1]. Ita furit iste spiritus. Adjecit tres libellos.

Praeterea assunt[2] commentarii Oecolampadii in tres minores Prophetas ultimos[3], Buceri in Johannem[4] et Matthaeum[5], Brentii in Johannem[6] contra illum[7], et Prophetae omnes Germaniae donati[8]; scilicet[a] omnia praeveniunt, nihil sumus nos. Quid putas facient, viso meo libello?[9] Sic prodibit tandem spiritus ille. Tu ora pro[b] me Christum et vale in Domino. 1527, Sabbatho post Quasi[modogeniti].

Martinus Luther.

[a] Sed 3. 4. — [b] oro (!) 4.

[1] Nr. 1152. Auch Mel. an Spal. 4. Mai (CR. I, 865) nennt den Brief minaces literas. Am 9. Mai wünscht dann Spal. durch Jonas eine Abschrift dieses Briefes zu erhalten (Kawerau, Jonasbr. Nr. 101), den ihm dann Luther am 31. Mai sendete (Nr. 1167).

[2] Die folgenden Bücher waren sämmtlich von der Frankfurter Messe nach Wittenberg gekommen, vgl. CR. l. c.

[3] erschienen im Januar 1527 zu Basel bei Andr. Cratander, vgl. Panzer VI, 261, 671.

[4] Luther irrt sich hier: die Enarratio in Evangelion Johannis. Per Mart. Bucerum erschien erst April 1528 in Straßburg bei Joh. Herbagius, vgl. Panzer VI, 115, 779.

[5] Martini Buceri orationum in Evangelia Matthaei, Marci et Lucae L. II. . . . Argentorati apud Joh. Hervagium mense Martio a. 1527. Ueber diese erste, sehr seltene Ausgabe s. Clément, biblioth. curieuse. 1754. V, 362.

[6] In D. Johannis Evangelion, Johannis Brentii Exegesis, in qua .. Eucharistiae etiam negocium cum pie tum faciliter exequitur. Haganoae per Joh. Secerium. 1527. mense Martio; vgl. Panzer VII, 98, 246; Hartmann und Jäger, Brenz I, 169.

[7] Oecolampad.

[8] Alle Propheten nach Hebraischer sprach verteutscht. O Gott erlöß die gfangenen. — Getruckt zu Worms bei Peter

Digitized by Google

S. D. Legi bonam partem Erasmici voluminis recens editi de libero arbitrio[1]. *Longa et confusa disputatio est, quam non multi de vulgo intelligent, ut video. In eo uno est, ut sententias a te citatas callide interpretetur, ne dissentire credantur a judicio rationis humanae. Ego, etiamsi velis respondere, nollem tamen te properare. Velim autem te, si quando videretur, non confutationem hujus operis (nam istos ἀντιπάλους λόγους non facile intelligunt, nisi exercitatissimi in hoc ipso genere), sed tuae sententiae simplicem enarrationem instituere. Id non esset tibi difficile factu et extra pugnam minus esset habitura*

Digitized by Google

acerbitatis oratio. Attigi in Colossensibus[2] *hanc ipsam causam, eamque, ubi primum occasio erit, in aliquo alio scripto cogito copiosius explicare. Jacobus*[3] *istuc redit profecturus Rigam. Rogo igitur te, ut eum tuis literis diligenter ejus urbis Senatui commendes. Mihi mores, eruditio, judicium ejus ita probantur, ut non dubitem adfirmare, tuto illi committi posse docendi provinciam. Vale et pro nobis ora.*

Ex Jena. Mittwoch *post diem Michaelis.*

Philippus.

[1] der zweite Theil von Erasmus Hyperaspistes.

[2] in den Scholia in Epist. Pauli ad Coloss. Haganoae per Joh. Secerium. 1527, mense Augusto (in CR. XV. nicht aufgenommen, wo sich nur die Enarratio vom J. 1559 befindet).

[3] vielleicht Jacobus Knopken Livoniens. (inscrib. Wintersem. 1523, Alb. p. 120).

(Belzig.) Nr. 1210. 2. Oktober 1527.

Nikolaus Luterot, Schosser zu Belzig, an Luther.

Original: **1.** Weim. Arch. Reg. N. pg. 108. 41; — gedruckt: **2.** Burkhardt, S. 123.

Mein ganz willig Dienst zuvor, ehrwirdiger, hochgelahrter, günstiger Herre und Surderer! Es haben mich Richter und Gemeine des Dorfs Schwaneberg[1] angesucht, nachdem ihr Pfarrer ungefährlichen fur 6 Wochen in Gott den Allmächtigen verschieden, daß ihnen nun bis in acht Wuch lang das Evangelion und Wort Gottis nicht gesagt ader gepredigt wurden. Derwegen als vorlassene Schäflein, die keinen Hirten haben, ungeweidet irre gehen, haben mir die armen Leute den wirdigen Herrn Ern Steffan Gretz[2] kegenwärtigen, welicher dann ein Zeitlang des Pfarners allhie[a] zu Belzig Caplan gewesen, angegeben, mit untirthäniger fleißiger Bitte, ihnen m. gst. H. dem Churfursten zu Sachsen gnädiglichen vorbitten wolle, daß ihnen s. c. f. G. zu ihrem Pfarner und Seelsorger verordnen wollen. Weil ich dann ihr Bitt ziemlich angesehen, habe ich ihnen

dieß ihr bittlich Anſuchen nicht abſchlahen konnen, und iſt an E. W. mein dienſtlich Bitte, E. W. wollen Euch in dem unbeſchwert gutwillig erzeigen[a], die Belohnung Gottis des Allmächtigen dorfur zu gewarten, ſo will ichs meins armen Vermugens umb E. W. auch zu vordienen gefliſſen ſein. Datum Mittwochen nach Michaelis Anno 1527.

E. W.

A. V. Niclas Luterot,
Schoſſer zu Beltzig.

[a] alhe 2.

1 = Schwanebeck bei Belzig (Burkh.). — 2 Steffanus Gratz de Aschersleuben dioc. Halberstaden. 16. Novem. (1518), Alb. p. 77 (?).

3 Luther that es im Brief Nr. 1214.

(Wittenberg.) Nr. 1211. 3. Oktober 1527.

Luther an Joh. Agricola.

Handſchriftlich: Cod. Ratzenb., daraus gedruckt in Ztſchr. f. hiſt. Theol. 1872, 349 (mit dem von Brecher falſch gelöſten Datum: 4. Oktober).

Charissimo in Christo fratri, M. Johanni Agricolae, servo Dei in formandis animabus juventutis Eislebensi fideli.

Gratiam et pacem in Christo Jhesu. Hanc epistolam necessitas paulo tristior extorsit[a] ad te, mi Agricola. Consilio meo ad vos venit et advehit liberos suos Egnatius[1], affinis tuus, ut periculo ad tempus liberiores sint, ne forte calumniam negligentiae ipse incurrat ceu vitricus[b]. Nam uxor ejus Hanna[2], affinis tua, Elsae tuae soror, migravit ad Christum bono et sancto fine, sicuti decuit feminam in hac vita bene vexatam a Christo vocari. Tu solus es refugium pauperum istorum, a Deo istis paratum pupillis et orphanis. Nosque ....[c] tuo consilio aderimus, ubi de relicta substantia cum Senatu et

Digitized by Google

de debitis agendum est. Interim sustine quaeso et fove, donec transeat pesticula ista et reverti possint. Dabit tibi Dominus, sicuti nosti, ut possis, et abunde etiam. Quin gratias ages, dignum te judicari Christo, qui in istis pauperibus ei servias. Solare Elsam tuam optima et salutari morte sororis, ut ex ipso Egnatio audies omnia. Mea causa est cum spiritalibus nequitiae in coelestibus, qui si viribus nequeant, assiduitate et improbitate sperant perdendum. Sed orationes nostrae et fratrum facient, quod faciunt Christo favente. Amen. Vale in Domino. Ketha mea te et Elsam tuam salutat. Feria 5. post Michaelis 1527.

T. Martinus Luther.

[a] extersit 1. 2. — [b] so nach der Conjectur Seidemanns in Ztschr. f. hist. Th. 1873, 156; Brecher: medicus; Mſ.: netricus. — [c] unlesbares Wort, vielleicht sinceriter (Brecher).

[1] Egnatius oder Ignatius, myropola (Apotheker) in Wittenberg, gestorben 24. April 1544. (Script. publ. I, 85: civis hujus oppidi homo probus et qui, cum myropola esset, multorum valetudini fideliter servivit.)

[2] Sie war zuerst verheirathet mit dem Wittenberger Stadtschreiber Mag. Andreas Meinhard, gest. 1524; vgl. Kawerau, Agric. 27.

(Wittenberg.) Nr. 1212. 6. Oktober 1527.

Luther an Severinus[1], einen österreichischen Mönch.

Drucke: 1. Aurif. II, 351[b]; 2. de Wette III, 207. — Deutsch: Walch XXI, 1057.

Ad Severinum Austriacum.[a]

Dei gratiam et pacem per Christum. Hic vero, mi amicissime Severine, ipse videris, quid agas: quem enim potius tibi consiliarium in tanta admoveris causa, quam tuam ipsius conscientiam? tibi omnia dicturam in aurem, quanti facere debeas primo Hieronymi sententiam ad Heliodorum[2] de monastice,

Digitized by Google

deinde tuam imbecillitatem, mox senem et inopem patrem; deinde quanti habendum sit, si etiam vulgus pro temeritate dixerit, te vestem Deo gratam[b] rejecisse, tum quae vocatio sit vera, et rursum annon maximo sit ducendum periculo, quod contra conscientiam toties tam impie celebras, imo Deum crucifigis Christum? Quid enim hic miser dissimules? deinde cur non potius pro impietate habeas, si diutius istic in ista manseris Babylone, quam temeritate, si exieris? Nam si latius me voles audire tecum loquentem, primo nihil prorsus tribuo hac in re Hieronymo, siquidem video, quamvis alioqui in aliquibus magnum virum, hic tamen in monastice et in caelibatu nihil penitus christiani fuisse judicii. Nam qui ausus est monasticen comparare baptismati, totus insaniit, et sensu etiam communi caruit, ut stipitem potius quam bestiam dixeris talia garrientem. Quid? tune credas Hieronymo tam impie contra Deum loquenti, praecipientem[c] statim post se ipsum parentes in summo habendos honore? Et tu potius Hieronymum audias, toties errantem, toties peccantem, breviter hominem, quam Deum ipsum? I ergo nunc et puta, ut scribit Hieronymus, calcandos parentes, ut perrumpas in eremum. Deinde neque imbecillitas hoc erit in loco, ut contra Dominum valeat. Sic enim ait Dominus Paulo in Corinthiis[3]: ‚Virtus in infirmitate perficitur'. Sed ne pater quidem inops pluris habendus fuerit, quam Dei gloria: nosti enim verbum Christi, in Matthaeo et Luca[4], illum, qui plus parentes diligat, non esse se dignum, hunc non posse suum esse discipulum. Praeterea, si vestem aliqui infeliciter rejecerint, ipsi viderint. Tuum vero, qui non adeo fortassis ignotum habes Dei verbum, quid aliud fuerit, quam nihilominus hypocrisim larvis istis diutius sustinere? Etiamsi totus orbis hic tibi contradixerit, nisi enim me fallunt omnia, sola hic conscientia tua pervincet totius orbis terrarum judicium. Mihi imponi poterit, Deo autem καρδιογνώστῃ nihil minus.

Digitized by Google

Quod autem ad vocationem attinet, et ipse suaserim, ut expectes Domini voluntatem: hoc enim erat, quod nollem te acciri, imo evocari ad hunc modum, nisi voluntate Domini, vocante populo, cui servires ministerio verbi. Jam vero quod objicis, nonne vel id solum, etiam te ipso, sive volente sive invito, prodit, te parum bona in monastice conscientia, revelato evangelio, manere? Quid enim, tune sacrifices diutius, et interim, si Deo placet, praeco verbi divini esse detrectas? Quid, quaeso, hic tuta conscientia dixeris? Postea vides, pro qua temeritate possit haberi, si exueris monachum, a Deo nunquam praeceptum, nunquam destinatum, nunquam designatum, nunquam descriptum. Lege Esajae 29. Matth. 15. Marc. 7. Illic enim videbis, quanti faciundae sint traditiones humanae, et tamen adhuc haeremus in tam sordido luto. Hic igitur optarim tibi Christum prorsus benignum et illustrantem, quicquid est adhuc istic tenebrarum: nam spero nonnihil illuxisse splendoris divinae et voluntatis et benevolentiae. In summa sic sentio, Deum ante omnia invocandum, ut verbo et voluntati ejus te totum permittere possis, sic enim credendo et tibi et patri consulueris. Nosti enim locum in Actis Apostolorum[5], Paulum custodi carceris interroganti viam salutis dixisse: ‚Crede in Dominum Jhesum, sic enim et tu et tota domus tua erit salva'. Quid enim timeas vel te vel patrem fame moriturum, Deo credentem? Prius coelum videris ruiturum, quam alimoniam defuturam credentibus: nosti enim promissionem Christi locupletissimam, Matth. 6, 33: ‚Primum quaerite regnum Dei et ejus justitiam, et omnia haec adjicientur vobis'. Quod ergo hactenus Dominus mihi dedit, orabo, ut te quamprimum liberet ex ista monastice, ipsissima hypocriseos larva fallacissima. Quid enim hic blandiar? quid lactem? nonne jussit Christus Matth. 24, 15. 16: ‚Quando videritis abominationem desolationis, stantem in loco sancto, praedictam a Daniele, tum iis, qui sunt in

Digitized by Google

Judaea, fugiendum esse in montes?' Nonne jam videmus abominationem illam desolationis? et adhuc tamen dubites fugiendum istinc? Sed tamen serio prius consule Dominum, quam exieris monastica. Nisi enim Christo plus credideris dicenti, ut nosti: 90
‚Ego sum via, et veritas, et vita'[6], quam toti mundo, laterem (quod ajunt) lavero, etiam multo plura scripturus. Bene vale in Domino, et pro nobis ora. Cursim. Dominica post Remigii, 1527[d].

T. Martinus Luther. 95

[a] So die Ueberschrift bei 1. — [b] So nach der Vermuthung von 2; ignoram 1. — [c] praecipienti 1. — [d] 1 und 2 haben hier noch 1. Octobris, was das Datum für den Remigius-Tag ist, und keinesfalls von Luther herrührt.

[1] Ueber diese Persönlichkeit ist nichts Weiteres bekannt.
[2] Hieron. ep. 14 in Migne, Patrol. lat. XXII, 348; die von Luther angezogenen Stellen stehen § 2: Recordare tyrocinii tui diem, quo Christo in baptismate consepultus, in sacramenti verba jurasti: pro nomine ejus non te matri parciturum esse, non patri; und: per calcatum perge patrem.
[3] 2 Corinth. 12, 9. — [4] Matth. 10, 37; Luc. 14, 26. — [5] Apstgsch. 16, 31. — [6] Joh. 14, 6.

(Wittenberg.) Nr. 1213. 8. Oktober 1527.

Luther an Mich. Stiefel in Tolleth.

Handschriftlich: **1.** Kopenhagen, alte kgl. Bibl. 1393, f. 128; **2.** Dresden, Cod. Solger, C. 351, f. 35[b] (alt 122[b]); — Drucke: **3.** Aurif. II, 353; **4.** de Wette III, 209; **5.** (theilweise, Z. 5—9) Alberus, wider die verfl. Lehre Bl. i[b]. — Deutsch: Wittenb. IX, 243[b]; Walch XXI, 1060.

Gratiam et pacem[a]. Mi Michaël, accepi literas tuas, simul cum Leonhardi Kaysers Historia[1]. Licet antea venerit alibi excusa[2], tamen opera dabitur, ut et[b] tua excudatur denuo[3], quantum visum fuerit[c]. Erasmus viperinus duas Hyperaspistes[d] vel Hyperaspides[4] potius in me peperit, vere vipereas et supervipereas[e]; tum Zwingel et Oecolampadius[5] non cessant: ego videro[f], quid Christus sit daturus in illos[g]. Quando vero scribis, meum libellum[6] tibi 5

esse ereptum[h], non mitto, miror autem, quis meum interceperit ad te missum[i]: mitto vero[k] Octonarium Davidis[7]. Nam fere tres menses langui non tam corpore quam animo, ita[l] ut nihil aut parum scripserim: sic me Satan cribravit. Tu ora pro me Dominum, ut me sustentet, sicut et[m] facit. Salutat te mea Ketha. Dominae tuae[8] ex nobis multam dices salutem[n]. Vale in Christo. 8. Octobris 1527.

Martinus Luther.

[a] Gnad und Fried in Christo 2; Gratia et pax 3. 4. — [b] ex 3. 4. — [c] denuo etc. fehlt 2. — [d] Hyperaspites 3. 4. — [e] fere viperias et superviperias 3. 4; viperas et superviperas 5. — [f] ft. ego videro: Videbo 5. — [g] in illis 1. — [h] emptum 1. — [i] Quando etc. fehlt 2. — [k] vero fehlt 2; igitur 1. — [l] ita fehlt 2. — [m] et fehlt 2. — [n] Dominae etc. fehlt 2.

[1] Stiefel konnte Genaueres über die Verbrennung Kaisers wissen, da Schärding nur ungefähr 4 Meilen von Tolleth liegt.

[2] die bei Nr. 1167 unter A. angezeigte Ausgabe.

[3] die daselbst angezeigte Ausg. B. (in der Erl. Ausg. fehlend). Sie kam um Neujahr 1528 heraus, da Luther am 28. Decb. 1527 Spalatin ein Exemplar sendet.

[4] Vgl. Nr. 1059[2]. Hyperaspistae liber secundus erschien im September, vgl. Erasm. epp. 894 v. 10. Septb.; Stichart, Erasm. 1870. S. 377.

[5] Nr. 1186[4. 5]. — [6] Vgl. Nr. 1161[2].

[7] OCTO | NARIVS DAVID PSAL. | CXIX. | Ex Ebraeo Versus. | MAR. LVTHER. | VVITTEM. (1 Bg.), Uebersetzung des Psalms mit kurzen Anmerkungen. Octonarius hieß der Psalm, weil er aus je 8 Versen auf jeden Buchstaben des hebr. Alphabets besteht (vgl. die Dictata super Psalter. 1513/6 in den opp. ed. Weimar. IV, 280).

[8] Dorothea Jörger.

Wittenberg. Nr. 1214. 9. Oktober 1527.

Luther an Kurfürst Johann von Sachsen.

Bitte um Anstellung des Stephan Gratz als Pfarrers zu Schwanbeck (vgl. Nr. 1210).

Original: Weim. Arch. Reg. N. pg. 108. 41 (Burkh., S. 123**); — gedruckt: Erl. 53, 408, Nr. 208 und den dort angef. Orten.

[1] Z. 8. Schosser zu Beltitz]. Nikol. Luterot, Schosser zu Belzig.

Digitized by Google

(Wittenberg.) Nr. 1215. 12. Oktober 1527.

Luther an Kurfürst Johann von Sachsen.

Antwort auf 30. September.

Schickt die Visitationsordnung mit wenigen Aenderungen zurück; das Rühmen der Gegner, „daß wir zurück krüchen", sei nicht groß zu achten.

Gedruckt: Erl. 53, 409, Nr. 209 und den dort angef. Orten.

[1] Z. 8. wir krüchen zurück]. Ueber diese angebliche παλινωδία vgl. Mel. an Spal., Ende Okt., CR. I, Nr. 472, besonders die Worte: Si quis Lutherum recantare aliquid in meo opere judicat, is multipliciter insanit; ferner Luther, Unterr. der Visitat., Erl. 23, 8. — ‚Noch ehe die Visit.-Artikel veröffentlicht waren, ging das Gerede von römischen Gegnern aus [vgl. darüber auch Friedensburg, Nuntiaturberichte II, 288] und bezog sich auf die [in den ohne Mel.'s Vorwissen in Wittenberg gedruckten Articuli, de quibus egerunt per visitatores etc. CR. XXVI, 9 sqq. enthaltene] Warnung vor unnöthigen Angriffen auf das Papstthum, besonders aber auch auf die Forderung, daß der bußfertige Christ nicht bloß vor Gott, sondern auch vor dem Priester seine Sünde zu beichten habe. Damit schien der für die röm. Kirche wichtigste Theil des kath. Bußsacraments wiederhergestellt zu sein.' (Lipsius, Luth. Lehre v. d. Buße, in Jahrbb. f. protest. Theol. 1892. XVIII, 263. 267.)

(Wittenberg.) Nr. 1216. 19. Oktober 1527.

Luther an Justus Jonas in Nordhausen[1].

Drucke: 1. Aurif. II, 353[b]; 2. de Wette III, 212. — Deutsch: Walch XXI, 1061.

Gratiam et pacem per Christum. Gratulor tibi, optime Jona, de tua palinodia, qua nunc tandem Erasmum illum tuum suis pingis coloribus, viperam illum letalibus[a] aculeis refertam recte cognoscis, quem ante multis nominibus praedicabas[2]. Gaudeo te ex unius Hyperaspistae lectione tantum profecisse, et tuum de illo mutasse judicium. Cumque ego hanc epistolae tuae partem legerem uxori, continuo illa

inquit: Iſt nicht der theur Manne zur Kröten worden? Siehe da! Gaudet et ipsa idem te nunc mecum sentire de Erasmo. Intelligis, mi Jona, recte quidem sensisse, qui praeceperunt neminem ante supremum diem laudandum. Sed haec hactenus.

Nondum restituit me Dominus pristinae valetudini ex integro, quin adhuc permittit me juxta consilium bonae suae voluntatis angelo Satanae[3], ut me caedat et tentet, neque tamen interim deest Dominus adjuvans et protegens. Accessit ante duos dies satis vehemens dolor gingivarum[4] (ut apparet), qui principio valde me discruciabat, sed nunc remissius habeo; ne igitur cesses orare pro nobis Dominum. De pestilitate nostra hoc accipe, in hospitali non plures quam quindecim hoc toto pestilitatis tempore vita defunctos, cum ad centum omnino eo deducti sint. Deinde ex quadraginta hominibus, quos Magister Bohemus sub suam curationem accepit, solum sex defuncti sunt. Ita in media etiam morte apud nos Dominus liberator et salus. Nos integro animo et adfectu oramus Deum et Patrem misericordiarum, ut auferat a nobis hanc pestilitatem, propter gloriam nominis sui, ne inimici nostri laetentur de nobis. Neque tu cessa orare, maxime cum hos videas orationis fructus, ex tanto aegrotantium numero tam paucos perire. Bene vale. Salutabis tuum Dictative multis basiis, vice mea et Johannelli mei, qui hodie didicit flexis poplitibus solus in omnem angulum cacare, imo cacavit vere in omnem angulum miro negotio. Alioqui plura ad te mandasset, si otium illi fuisset, mox enim balneatus dormitum abivit. Mirari desines, quod de cacando scribo, alias de aliis scribam. Salutat te mea Ketha, et orare pro se rogat puerpera propediem futura[5], Christus assit. Unum te latere nolo, ut videas orationes non esse vacuas. Bohemus ex XLVIII patientibus tantum[b] octo amisit, in hospitali vero tantum XV funera fuerunt, toto pestis tempore, cum ultra centum illati et ingressi illic decubuerint, ut videas

Digitized by Google

Christum audire orantes. Haec rata sunt et vera. Joh. Weber jam in quintum diem ἄλογος desperatus est, sed Dorothea ejus, quae simul decubuit minore spe vitae, incipit vivere et vivet. Saluta Ketham tuam et omnes. Sabbatho post Lucae 1527.

Martinus Luther.

[a] laetalibus 1. 2. — [b] tantum fehlt 2.

[1] Jonas war mit seiner Familie schon Mitte August vor der Pest in seine Vaterstadt Nordhausen gegangen, wo er sich bis Ende Januar 1528 aufhielt; vgl. Kawerau, Jonasbr. Nr. 107. 121[1]. Unser Brief ist übrigens nicht der erste, den Luther ihm nach Nordhausen schrieb, denn Jonas schreibt 17. Okt. an Lang in Erfurt (Kaw. Nr. 107): Binas ad me literas dedit [Lutherus] interim, die verloren sind.

[2] Jonas, einst ein begeisterter Verehrer des Erasmus, der 1519 von Erfurt nach Antwerpen gewallfahrtet war, um ihn zu sehen, hatte Luthern gegenüber oft Erasmus gerühmt (vgl. z. B. Luther, auf des Königs v. Engl. Lästerschr., Erl. 30, 6); jetzt hatte sich durch des Erasm. Hyperasp. sein Urtheil geändert; er schreibt an Lang (l. c.): vident [Papistae] Erasmum senem vulpinum et ubique dolis atque arte Pelasga instructum incanduisse contra Lutherum et nunc tantum hoc agere, ut opprimat, non ut argumentis convincat.

[3] 2 Cor. 12, 7.

[4] ein gewöhnlicher dicker Backen mit Zahngeschwür, Küchenmeister, Luthers Krankengesch. 1881, S. 58.

[5] Die Niederkunft verzog sich bis zum 10. December.

(Wittenberg.) Nr. 1217. 22. Oktober 1527.

Luther an Mich. Stiefel in Tolleth.

Handschriftlich: 1. Kopenhagen, alte kgl. Bibl. 1393, f. 129; 2. Wolfenbüttel, Cod. Aug. 11. 10. f. 235[b]; — Drucke: 3. Aurif. II, 354[b]; 4. de Wette III, 214. — Deutsch: Walch XXI, 1063; bloß der erste Absatz in: Trostschriften, Jena, Bl. Qe.

Gratia et pax[a]. Accepi, mi Michaël, tuas[b] de[c] Leonhardo Keiser[d] Historias[1], sed interim ab ipsius patruele[e] etiam omnia ipsius Leonhardi manu scripta[f]. Dabo igitur in lucem propediem, Christus adspiret. Caeterum, tu pro me ora, qui satis a Satanae an-

gelo colaphisor[2], ne Christus me deserat. O me miserum, qui Leonhardo tam sum impar, verbosus praedicator illi tam[g] potenti verbi operatori. Quis me dignum faciet, ut non duplo, sed dimidio ejus spiritu[3] Satanam vincam et hac vita[a] cedam? Benedictus Deus, qui inter tot monstra saltem unum hoc gloriosum spectaculum suae gratiae nobis indignis ostendit, ne in totum deseruisse nos videatur[h]. Ora pro me, [i] frater Michaël, Christus faxit, ut et Leonhardum imitemur. Non solum rex, sed Caesar merito appellatur, quia vicit[k] illum[l], cujus potestati nulla est aequalis super terram. Non solum sacerdos, sed et[m] summus pontifex et papa verus, qui suum corpus sic[n] obtulit in sacrificium Deo gratum, vivum[o], sanctum[4]. Imo[p] et Leonhard recte dicitur, id est Leonis robur, certe Leo fuit robustus et impavidus, omnia sunt in eo fatalia nomina. Primus ipse familiae suae cognomen[q] consecravit et implevit[r].

Dominae tuae gratias agit[5] et salutat paene balbutiens Johannellus meus, cui et[s] ego et Ketha mea precamur, ut beate vivat in Christo una cum prole. Pomeranus te valde amat et salutat[6]. Vale in Christo. Feria tertia post Lucae 1527.

T. Martinus Luther.

[a] Gratia et pax fehlt 1. 2. — [b] tuas fehlt 3. 4. — [c] ab 2. — [d] Keiser fehlt 1. — [e] patrueli 1. — [f] scripta fehlt 2. — [g] tam fehlt 2. — [h] videretur 2. — [i] † Dnē 1 (daß wäre Domine; ist vielleicht Dominum zu lesen?). — [k] vincit 3. 4. — [l] illi 2. — [m] et fehlt 2. — [n] hic 2. — [o] acceptum 2. — [p] Hinc 1. — [q] nomen 1; agomen (!) 2. — [r] Hier schließt 1. 2. — [s] et fehlt 3. 4. — [t] beata 3. 4.

[1] Vgl. Nr. 1213. — [2] 2 Cor. 12, 7. — [3] Vgl. 2 Kön. 2, 9. [4] Röm. 12, 1.

[5] wahrscheinlich für ein Geschenk, das Frau Jörger für das Kind geschickt hatte; vgl. Nr. 1161.

[6] Vgl. Nr. 1189[3].

(Wittenberg.) Nr. 1218. 27. Oktober 1527.

Luther an Melanchthon[1] in Jena.

Handschriftlich: **1.** Zwickau, Rathsschulbibl. Bd. XXXIV, — Drucke: **2.** Aurif. II, 355[b]; **3.** de Wette III, 215. —

Digitized by Google

Deutſch: Walch XV, Anh. CXXI; theilweiſe, ohne Angabe des Empfängers: Wittenb. IX, 238[b]; Altenb. III, 795, und daraus nochmals bei Walch X, 2012. — Wir geben den Text nach 3, unter Benützung von 1.

Gratiam et pacem in Domino. Penuria tabellarii istae literae apud me delituerunt, mi Philippe, donec per hunc D. Georgium[2] ad te ferrentur. Quod cholica te discruciat, doleo, oroque Christum quantum possum, ut te sanet et servet. Nam te superstitem mihi valde cupio in tantis perturbationibus ecclesiae, ut sint adversus Satanae furores inaestimabiles aliquot reliqui, qui se pro domo Israël muros opponant[3] in hoc die furoris Domini, visitantis nostram (sicut dignum est) ingratitudinem. O Christe, quaenam[a] erunt tempora futura, quorum tam sunt horrenda principia?

Carolstadius a suo loco[4] jam aliquot hebdomadas abest, ad suos profectus et nidum sibi quaerere[5] creditur[b]: vadat sane ad locum suum, quando nullis officiis revocari potest.

Scribis te flagellari a quodam[6], quod poenitentiam a timore Dei[c] incipi docueris in Visitatione vestra. Scripsit similia fere Magister Eislebius[7], sed ego pugnam istam verborum non magni puto, praesertim apud vulgum. Nam timor poenae et timor Dei quam differant, facilius dicitur syllabis et literis, quam re et affectu cognoscitur. Timeant poenam et infernum omnes impii; Deus aderit suis, ut simul timeant Deum cum poena. Neque fieri potest, ut sine timore poenae sit timor Dei in hac vita, sicut nec spiritus sine carne, etiamsi timor poenae sit inutilis sine timore Dei. Docendo[d] igitur timorem Dei, credo id agi, quod agitur docendo libertatem spiritus, ut hanc alii in securitatem carnis, ita illum alii in desperationem seu timorem poenae rapiant. Quis vero illis resistet?

Exaudit nos Christus, et pestem nostram mitigat misericorditer satis. Dabimus operam, si Visitatio vestra nobis excudenda mittetur, ut, quae mones, faciamus.

Digitized by Google

Ora pro me misero et abjecto verme, tristitiae spiritu bene vexato, pro bona voluntate Patris misericordiarum, cui sit gloria etiam in mea miseria. Gloria mea est haec una, quod verbum Dei pure tradidi, nec adulteravi ullo studio gloriae aut opulentiae. Spero, quod qui incepit[e], miserebitur in finem, cum aliud non quaeram aut sitiam, quam propitium Deum, qualem sese obtrudit et suscipi exigit etiam a contemptoribus et hostibus suis[f]. Saluta omnes fratres, et orationibus eorum nos commenda. Christus, qui docuit nos docere evangelium suum adversus furentem Satanam, idem faciat nos spiritu suo certo et liberali id ipsum credere, et perseveranter confiteri in medio nationis istius pravae et perversae.

Zwinglium credo sancto dignissimum odio, qui tam procaciter et nequiter agit in sancto verbo Dei. Hyperaspisten nondum legi, et quid legam, qui infirmus Christi vix vivam, nedum aliquid agam aut scribam? Itane omnes fluctus suos inducit super me Deus?[8] Et illi qui debebant misereri, etiam compunctum mortificant. Deus misereatur eorum, et convertat eos, Amen. Dominica Vigilia[g] Simonis et Judae 1527.

T. Martinus Luther.

[a] quidnam 1. — [b] creditur 1. — [c] Domini 2. 3. — [d] Dando 2. 3. — [e] coepit 1. — [f] Der deutſche Brief ſchaltet hier ein: ‚Wie er durch den Propheten ſpricht und mit einem theuren Eide bekräftiget: So wahr ich lebe, ſpricht der Herr, ich habe nicht Gefallen an des Sünders Tod, ſondern daß er ſich bekehre und lebe'. — [g] † post 2. 3.

[1] Mel. ſchickte dieſen Brief am 1. Novb. an Spalatin (CR. I, 903), dem er ihn auch zum Beſitz überließ: Potes eas [literas] inter alia tua χειμήλια ponere (12. Novbr., CR. I, 908). Ebenſo meldet er den Empfang und ſchickt eine Abſchrift des Briefs an Camerarius in Nürnberg, CR. I, Nr. 519 (daß dieſer Brief nicht fere 6. April. 1528 geſchrieben iſt, ſondern in Novb. 1527 gehört, vgl. Druffel in den Sitz.-Ber. der Akad. zu München 1876, 501).

[2] ob Georg Major? de W.-Seidem. VI, 664 s. v. Georgius und 678 s. v. Major.

[3] Ezech. 22, 30. — [4] Kemberg, vgl. Nr. 1114. Wo Carlſtadt damals war, läßt ſich nicht feſtſtellen, obgleich Mel. an Camer. l. c. ſchreibt: Carolostadius clam discessit ex Saxonia

Digitized by Google

in Silesiam. Mihi non dubium est [wie es nach dem von Druffel berichtigten Text heißt], quin sit novam aliquam tragoediam excitaturus. Vorerst kehrte er bald nach Kemberg zurück und blieb dort noch bis zum Spätjahr 1528. Unter den ‚ad suos' versteht Seckend. II, 83 die Zwinglianer (??).

[5] derselbe Ausdruck auf ihn angewandt Nr. 830.

[6] Dieser quidam kann nicht Agricola sein (de W. ad h. l.), da Luther sogleich von ihm besonders spricht. Mel. wird vielmehr unter dem quidam den Casp. Aquila in Saalfeld gemeint haben, der auch in den Artikeln die Darstellung des Wesens der Buße mißbilligte (vgl. Schmidt, Mel. 150; Mel.'s Brief an Aquila im Novb., CR. IV, 959 ff.).

[7] Vgl. Nr. 1195[5]. Der Streit wurde vorerst durch Luther in der vom Kurf. nach Torgau berufenen Conferenz (26. bis 28. Novb.) beigelegt, brach aber nach einigen Jahren im antinomistischen Streit wieder aus. — [8] Ps. 88, 8.

Wittenberg. Nr. 1219. 1. November 1527.

Luther an Amsdorf in Magdeburg.

Drucke: 1. Aurif. II, 344[b]; 2. de Wette III, 216. — Deutsch: Walch XXI, 1047.

Gratiam et pacem. Sicut Domino placet, ita fit, mi Amsdorfi, ut ego, qui alios hactenus omnes consolari solebam, ipse consolationis omnis indigus sim[a]. Unum hoc peto, tuque petes mecum, ut Christus meus faciat mecum quod placuerit, tantum servet, ne ingratus et hostis ejus fiam, quem tanto studio et fervore hactenus praedicavi et colui, licet interim non sine peccatis multis et magnis eum offenderim. Satan petit sibi dari denuo Iob aliquem[1], et cribrare Petrum[2] cum fratribus; Christus autem dignetur ei dicere: Animam ejus serva[3], et mihi: Salus tua ego sum[4], sicut adhuc spero, quod non irascetur peccatis meis in finem. Cupio respondere Sacramentariis, sed nisi fortior fiam animo, nihil possum. Exemplar tuum servabo, sed suo tempore reddam.

In domo mea coepit esse hospitale. Hanna Augustini[5] pestem intrinsecus aluit, sed resurgit. Margaretha Mochinna[6] suspecto apostemate et aliis signis

Digitized by Google

nobis timorem peperit, quamquam et ipsa revalescit. Valde metuo Kethae meae partui vicinae, nam et filiolus meus[7] jam triduo aeger nihil edit et male habet; dicitur esse violentia dentium, et creditur utrumque esse in tanto periculo. Nam Georgii[8] Capellani uxor et ipsa vicina partui peste correpta jam exercetur, si quomodo infans redimi possit: Dominus Jhesus adsit illi misericorditer. Sic sunt foris pugnae, intus pavores, satisque asperae, Christus nos visitat. Unum solatium est, quod Satanae furenti opponimus, scilicet verbum saltem Dei nos habere, pro servandis animabus credentium, utcunque corpora devoret[9]. Proinde nos fratribus commendes et tibi ipsi, ut pro nobis oretis, ut feramus fortiter manum Domini, et Satanae vim et dolum vincamus, sive per mortem, sive per vitam, Amen. Wittembergae die Omnium Sanctorum, anno decimo Indulgentiarum conculcatarum, quarum memoria hac hora bibimus utrinque consolati, 1527.

T. Martinus Luther.

[a] sum 1.

[1] Hiob 2. — [2] Luc. 22, 31. — [3] Hiob 2, 6. — [4] Pſ. 35, 3.

[5] Hanna, geb. Muſchwitz, Frau des Profeſſors med. Auguſtin Schurf; ſie ſtarb erſt 26. Jan. 1540 (Script. publ. Viteb. 1560. I, Bl. C₃).

[6] Marg. v. Mochau aus Segrehne, wahrſch. eine Schweſter von Carlſtadts Frau. — [7] Johannes Luther.

[8] Mg. Georg Rörer, geb. 1. Okt. 1492, geſt. in Jena 24. April 1557; inſcrib. 11. April 1522: Georgius Rorer deckendorff. Mgr. Dioc. Ratisponen. (Alb. 115), war Luthers Amanuenſis und der erſte, an dem dieſer die evang. Ordination vollzog (14. Mai 1525). Bei der Bibelüberſetzung und ſpäter bei der Herausgabe von Luthers Werken, ſowohl der Wittenb. als der Jenaer Ausg., leiſtete er weſentliche Dienſte als Corrector und Redactor. Er hatte Bugenhagens Schweſter geheirathet, welche jetzt an der Peſt am 2. Nov. ſtarb (vgl. Hering, Bug. 42; Buchwald l. c., Nr. 12).

[9] Der Annahme Schneider's (Luth. gſtl. Lieder, 2. Aufl., S. XXXVIII) und Anderer, daß Luther am Gedenktage des Theſen-Anſchlags im J. 1527 das Lied ‚Ein feſte Burg' gedichtet habe, wobei ſie ſich gerade auf obige Stelle mitbeziehen, ſchließt ſich jetzt auch Köſtlin² II, 182. 650 an (gegen Köſtlin¹ II, 127. 619). Auch Schwarz, Phil. v. Heſſen und die Pack-

Digitized by Google

schen Händel 18[1]. 19[1] bringt gute Gründe für die Abfassung zu Ende 1527 bei. Vgl. Kolde, Luth. II, 253.

(Wittenberg.) Nr. 1220. 4. November 1527.

Luther an Justus Jonas in Nordhausen.

Drucke: **1.** Aurif. II, 356[b]; **2.** Kinderv ater, Nordhusia 134; **3.** de Wette III, 217. — Deutsch: Walch XXI, 1065.

Doctori Justo Jonae, Nordhusiae latenti.

Gratiam et pacem in Domino. Quod scribam non habeo sane, mi Jona, ego qui tempestate et pusillanimitate spiritus aegre spiro. Paene fui perditus die Sabbathi, cum abortiret uxor Georgii Capellani[1], ipsaque mox secuta prolem obiit, duplici morte, primum dolore puerperii, deinde veneno pestis intoxicatior quam intoxicatissima; nec Christus tunc vel lacrymas vel preces nostras pro ea servanda audivit, consolabatur utcunque, quod optimo fine, id est plena fide et spiritu, migravit ad Christum. Concussis igitur omnibus pavore, parochum[2] cum sua familia ad me accepi. Mea Ketha adhuc fortis est fide et sana corpore. Johannellus meus jam octiduo aegrotat, dubio morbo (ut fere suspicio hujus temporis), tamen dentium violentia dicitur et ita creditur. Post Capellani uxorem heri et hodie nihil fuit funeris; Christus faxit, ut sit finis iste[a] pestis. In suburbano piscatorum jam quidem[b] desiit pestis, incipiuntque denuo nuptiae ibidem, et repetunt sua gaudia, sed nihil est quod certi promittas. Nam ante octiduum paene cesserat in civitate pestis, ut vix singulis diebus singula essent funera, sed subito mutata aura, intra biduum erant uno die XII funera simul[3], licet[c] infantes maxima pars. Augustini uxor[4] decubuit octiduo et amplius, apostemate intrinseco, nec aliud quam pestem licet suspicari, revalescit tamen. Margaretha Mochinna[5] similiter apud me

Digitized by Google

adhuc decumbit, menstrui dicitur esse morbus, sed timetur esse pestis. Sic, si suspicionem spectes, in peste media versor domi meae; si rem vero consideres, vita est et salus, licet tentata. Orationibus tuis non volo commendatos. Dorotheae maritus[6] obiit, ipsa utcunque salva, licet apostema pertinaciter stet indomitum, neque cedens neque maturescens. Ketha mea te salutat, et causatur, cur non advenias visitatum nos, cum in finibus nostris sit pax. Salutat te Pomeranus[7], hodie cacator purgandus factus. Christus nobiscum, Amen. 1527, feria secunda post Omnium Sanctorum.

T. Martinus Luther.

[a] ille 2. — [b] pridem 2. — [c] licuit 1.

[1] Nr. 1219[8]. — [2] Bugenhagen. — [3] Am 4. Novb. ſchreibt Balduin an Roth (Buchwald l. c., Nr. 12): Vorſchiener Zeit war es [das Sterben] gnädig, ... abir am vorgangenen Mittwoche [30. Okt.] ſeind ihr wohl 13 abir 14 geweſen. — [4] Nr. 1219[5]. — [5] Nr. 1219[6]. — [6] Johann Weber, vgl. Nr. 1216. — [7] Vgl. Nr. 1189[3].

(Wittenberg.) Nr. 1221. 7. November 1527.

Luther an Nic. Hausmann.

Original: **1.** anhalt. Geſ.-Arch., Hausmannbr. Nr. 36; — handſchriftlich: **2.** Ms. 26. Francisc. f. 23. in Zerbſt; — Drucke: **3.** Aurif. II, 357; **4.** de Wette III, 219. — Deutſch: Walch XXI, 1067. — Wir geben den Text nach 1.

Venerabili in Christo viro D. Nicolao Hausman, Episcopo Cygneae fidelissimo, suo in Domino majori.[a]

Gratiam et pacem in Christo. Visitatio coepta[1] non relinquetur, mi Nicolaë, quantum ego intellexi, ideo bene speremus, etiamsi loquantur adversarii quaecunque voluerint. Nos hic pestem speramus finiri, licet varie nos ipsa vexet: aliquando saevit, aliquando mitescit. Pavore vario tenemur, ego mea tentatione, deinde sollicitudine pro uxore vicina partui;

Digitized by Google

tu pro nobis ora. Pestem in domo habui ter: filiolus plus octiduo aegrotavit, ut nihil ederet, solo potu alitus, ut desperarem; nunc incipit melius habere. Ego tempestate et pusillanimitate spiritus nunc multis mensibus angor, Christo sic volente; tu ora, ut non deficiat fides mea[2]. Ketha mea pro lineo panno emendo mittit nescio quid pecuniae; ego nolui te hoc opere gravare. Salutat te Pomeranus quam officiosissime, apud me habitans[3], non tam sui quam mei causa, licet in parochia pestis Capellani uxorem[4] tulerit, scilicet[b] ut socius[c] solitudinis meae sit. Ketha mea[d] et[e] salutat te, et sese precibus tuis commendat in Christo Jhesu. Vale, charissime frater. Feria 5. post Omnium Sanctorum 1527.

T. Martinus Luther.

[a] Adreſſe fehlt 3. 4. — [b] scilicet fehlt 3. 4. — [c] solatium 3. 4. — [d] mea fehlt 3. 4. — [e] etiam 3. 4.

[1] Vgl. Nr. 1197[1]. — [2] Luc. 22, 32. — [3] Vgl. Nr. 1189[3]. [4] Nr. 1219[8].

(Wittenberg.) Nr. 1222. 9. November 1527.

Luther an Andr. Kaugisdorf in Eilenburg.

Handſchriftlich: **1.** Cod. Jen. B. 24. n.; — Drucke: **2.** de Wette III, 219. — Wir geben den Text nach 2.

G. et pacem in Domino. Scripsi et antea ad te[1], mi Andrea, de quaestione inter te et concionatorem Junonem in templo ante arcem, ut pax et charitas inter vos firmaretur. Nunc iterum scribere cogit, quod relatum est mihi, et cum M. Aegidio tibi non convenire, ortasque esse inter vos querelas, maxime contra te, quasi parum humaniter et fraterne cum eo agas, onerans eum nescio qua invidia. Tu vero, mi frater, qui scis cogitationes Satanae, ut qui ex modicis causis quaerit infinita mala suscitare, et irruit quaerens quem devoret[2], noli contemnere fratrum infirmiorum querelas aut offensas, sed potius

Digitized by Google

cura per Christum, ut bonitate et caritate excedas et superes, si quid est vel infirmitatis vel offensae in illis, ne sic cogar audire querelas contra te, sicuti per gratiam Christi ex literis sacris etiam sine me nosti et nosse potes. Ego alias satis habeo quid molestet, ne etiam vestra discordia me discruciet. Ita fac, mi frater, ut de vobis potius gaudeamus[a] in Christo, qui sit vobiscum pace sua, Amen. Sabbatho post Leonhardi 1527.

T. M. L.

[a] gaudemus 1.

[1] N. 1163. — [2] 1 Petri 5, 8.

(Wittenberg.) Nr. 1223. (11. November? 1527[1].)

Luther an Jonas in Nordhausen.

Drucke: 1. Aurif. II, 343; 2. de Wette III, 220. — Deutsch: Walch XV, Anh. CXXX.

Gratiam et pacem in Domino Jhesu Salvatore. Gratias ago, quod et pro nobis oras et aliquando ad nos scribis, mi Jona. Credo autem literas pridianas a me profectas interim venisse in manus tuas. Erasmum et Sacramentarios nondum legi, nisi Zwinglii tres ferme quaterniones. Recte faciunt, si me miserum conculcent, ut impleant Judae exemplum, cogentes et me cum Christo queri: ‚Et persequutus est inopem et pauperem et contritum corde ad mortificandum'[2]. Ego enim porto iram Dei, quia peccavi ei; Papa et Caesar, Principes, Episcopi et totus mundus odit et petit me, nec est hoc[a] satis, nisi fratres mei devexent me, quin peccata mea, mors, Satan cum angelis suis sine fine saeviunt. Et quid est, quod me servet et soletur, si etiam Christus me relinquat, propter quem illi me oderunt? Sed non relinquet in finem peccatorem miserrimum, arbitror enim me esse novissimum omnium hominum[3]. O

Digitized by Google

utinam et iterum utinam Erasmus et Sacramentarii unius horae quarta cordis mei experiri possent miseriam: quam securus ego pronuntiarem, eos sincerissime converti et sanari. Nunc ipsi inimici mei firmi sunt et vivunt, denique addunt dolorem super dolorem, et quem Deus percussit, persequuntur[4]. Sed haec satis, ne sim querulus et impatiens virgae Dei, qui percutit et sanat, occidit et vivificat, benedictus in sua sancta placente et perfecta voluntate. Fieri non potest, ut quem mundus et princeps ejus sic odit, quin Christo placeat: si de mundo essemus, mundus, quod suum esset, diligeret[5]. Sollicitus sum et pro uxoris partu, ita me pavefacit exemplum Capellani uxoris[6]; sed magna mihi fecit, qui potens est, magna etiam a me requiruntur quae feram, Christus meus, quem pure docui et confessus sum, sit petra et fortitudo mea, Amen.

Johannellus meus jam non salutat te prae aegritudine, sed optat orationes tuas pro se. Hodie XII dies sunt, quod nihil comedit, solo potu alitus utcunque; nunc parum incipit edere. Mirum, quam infans ille vellet more suo laetus et fortis esse, sed non potest debilitatus nimio. Margarithae Mochinnae[6] apostema heri incisum est, et pure pestilente emisso incipit melius habere; inclusi eam hybernaculo nostro usitato, nos in anteriore magna aula versamur. Henschen[7] in meo hypocausto, Augustini uxor[8] in suo: speramus pestis finem. Vale et osculare filiam et amplectere matrem ejus, memores nostri precibus vestris.

Atque ut novi aliquid scribam, literas vidi, quas frater Christianae Goltschmitt[9] ille juvenis scripsit, in quibus confitetur, se contraxisse cum Dorothea Felkinna[10], si utrinque permiserint cognati, firmo et vero[b] conjugio, imploratque sororis et Christiani consilium et auxilium: quid fiat ignoro, hoc sorori ejus certo poteris narrare. Romam nollem exustam, magnum enim portentum esset. Utinam rursus liceret cohabitare, et Ecclesiasten edere, antequam

Digitized by Google

moriamur. Commendo me precibus tuis. Christianus[11] cum domo sua Berlinam migraverat, sed Marchio Joachim jussit eodem die cedere sua ditione tota, causatus periculum pestis. Vide nequitiam Satanae et hominum. Ita Wittembergenses sumus omnibus odio, nauseae, timori, ut Psalmus[12] ait, opprobrium hominum et contemptus populorum, sed gaudium et corona (uti speramus) angelorum et sanctorum, Amen.

Martinus Luther, Christi lutum[13].

[a] haec 1. — [b] raro 1.

[1] Nr. 1219 sagt Luther, daß sein Sohn seit 3 Tagen nichts esse; in unserm Brief, daß es schon XII Tage seien, wornach also unser Brief auf den 10. fiele. Da er aber weiter in unserm Brief mittheilt, daß er von Zwingli's Schrift tres ferme quaterniones gelesen, diese Schrift aber erst ‚auf diesen St. Martin-Tag' (11. Novb.) erhielt (vgl. Erl. 30, 152), so kann unser Brief auch frühestens erst an diesem Tage geschrieben sein, und muß entweder Luther in der Zahl XII sich geirrt (es wären für den 11. Novbr. 13 Tage) oder Aurif. die Zahl falsch wiedergegeben haben. (Vgl. auch Kolde, Luth. II, 587 zu S. 288).

[2] Ps. 109, 16. — [3] 1 Cor. 4, 9. — [4] Ps. 69, 27. — [5] Joh. 15, 19. — [6] Vgl. 1220.

[7] = Hänschen, Luthers Sohn. — [8] Vgl. Nr. 1220.

[9] der Bruder der Frau des Christian Döring, Aurifaber (vgl. Nr. 35[8]); sie hieß Barbara und war eine Tochter des verstorbenen Berliner Bürgermeisters Thomas Blankenfeld, eine Schwester der Katharina Hornung (vgl. Nr. 1235); s. Ztschr. f. preuß. Gsch. XX, 322. Deßhalb hält de W.-Seidem. VI, 515[5] diesen juvenis für den am 12. Novb. 1516 inscribirten Joannes plangkenfelt de Berlin (A1b. 64); vgl. auch Nr. 932[4].

[10] = Fälkin, eine Verwandte von Jonas Frau, vgl. Nr. 634[6].

[11] nicht Chr. Baier, wie de W. ad h. l., sondern der schon genannte Döring.

[12] Ps. 22, 7. — [13] Anspielung auf seinen Namen.

(Wittenberg.) Nr. 1224. 12. November 1527.

Luther an Kurfürst Johann von Sachsen.

Bitte, dem aus der Mark vertriebenen Werner Stechau die Pfarrei Buchholz zu verleihen.

Digitized by Google

Original: Weim. Arch. Reg. N. 108. 41 (Burkh., S. 124); — gedruckt: Erl. 53, 410, Nr. 210 (falsch datirt: 19. Novb.) und den dort angeführten Orten.

[1] Z. 7 Wernerus Stechau de farlant [Fahrland bei Potsdam, der alte Sitz der Stechau's, s. Riedel, cod. dipl. Brdb. Namenverz. III, 256], inscrib. in Wittenb. Sommer 1503 (Alb. p. 9), kommt schon 16. Decb. 1507 als Canonicus in Brandenburg vor (Riedel l. c. A. I, 467, vgl. 480. 484). Er wurde aus der Mark vertrieben infolge des am 4. Juli 1527 mit den Landständen abgeschlossenen Recesses (Riedel, C. III, 356: Was die lutherische Ketzerei belanget, wollen die Stände nebst S. Kf. Gn. alle ihr Vermögen darstrecken, damit die ... alt christliche Ordnung und Ceremonien ... gehalten und gehandhabt werden). Stechau bekam vom Kurfürsten die Pfarre, denn nach de W.-Seid. VI, 582[3] steht in den Visitationsakten: ‚Buchholz, Amt Beltzk. 1530. Pfarrer Werner Stechau, ein Edelmann, etwa Thumbherr zu Brandenburg'.

[2] Z. 8 Pet. Ehlen, vgl. Nr. 140[2].

[3] Z. 9 Lüttau = Lütte, 1 Ml. von Belzig, im Wittenb. Kreise, jetzt preuß. R.-B. Potsdam.

[4] Z. 10 Buchholz, im Kr. Wittenberg, 1 Ml. von Belzig, nicht zu verwechseln mit dem im Erzgebirge bei Annaberg.

(Wittenberg.) Nr. 1225. 17. November 1527.

Luther an Nic. Hausmann in Zwickau.

Handschriftlich: **1.** Zürich, Simler'sche Samml. Bd. 19 (ex Cod. Vatic. Bibl. Palatinae Nr. 1955); — Drucke: **2.** Aurif. II, 358; **3.** de Wette III, 222. — Deutsch: Walch XXI, 1068.

Gratiam et pacem in Christo. Sic te rursum consoletur Christus noster, mi Nicolaë, ut tu me consolaris. Ego quidem peccator gratias ago Domino meo, qui hactenus Satanam non permisit voluntatem suam in me implere, quantumvis miris et magnis viribus et astutiis id quaesierit. Tu ora, ut in finem triumphet[a] Christus in me[b] adversus impetum ejus. Ego sane suspicor non gregarium aliquem, sed principem ipsum[c] daemoniorum in me insurrexisse[d], tanta est ejus[e] potentia et sapientia Scripturis in me armatissima, ut nisi alieno verbo haeream, mea

scientia in Scripturis non sit satis[f]; quae dico, ut eo magis pro me ores, et si quando casus contingat, altitudinem Satanae (ut dicunt[1]) nosse possis. Ketha mea hodie dolores sentire coepit[2], parturienti Christus[g] assit, Amen. Dominica post Martini 1527.

Martinus Luther.

[a] triumphetur 1. — [b] in me fehlt 1. — [c] istum 2. 3. — [d] surrexisse 1. — [e] ft. ejus: et 1. — [f] Scripturis in me etc. fehlt 1. — [g] coepit parturientis: Christus 2. 3.

[1] Offb. Joh. 2, 24. — [2] Rörer an Steph. Roth, 18. Novb. (Buchw. l. c. Nr. 15): Dolores sentire parturientiam incepit hodie illucescente die.

(Wittenberg.) Nr. 1226. 21. November 1527.

Luther an Friedrich Piſtorius, Abt in Nürnberg.

Drucke: **1.** Aurif. II, 358; **2.** de Wette III, 224. — Deutſch: Walch XXI, 1069.

Gratiam et pacem in Christo Jhesu. Nimis magnifacis, mi Pater, meam erga te tenuitatem; utinam liceret digna praestare tanta tua gratitudine et charitate. Hofmannus[1] non accessit me, sed Jhenae substitit, missis ad me literis. Itaque non satis capio, quid illi mandaris; ubi autem venerit et mecum locutus fuerit, factum habebis. Nam et ego nihil fecero libentius, quam tibi tuique similibus viris in Christo obsequi, si qua dignus essem et possem, non modo ob reverentiam Christi mei in vobis regnantis, sed etiam ob necessitatem mei, ut vestris precibus et fide adjuver in meis tentationibus. Commendo itaque me tuis sanctis orationibus et fratrum tuorum. Haec brevia, festinatio vecturae coëgit abrumpere, alias Deo volente plura. Feria 5. post Elisabeth 1527.

Martinus Luther.

[1] Fr. Joannes Hoffmann de Nurnberga Bambergen. d. 8. Novemb. (1520), Alb. 100, ein Auguſtiner, der 1524 als

Digitized by Google

Pfarrer nach Schwabach kam; darauf ging er durch Unterstützung des Pistorius abermals nach Wittenberg, um seine Studien fortzusetzen, wo er auch am 15. Septb. 1528 Magister wurde (Köstlin, Baccal. II, 19). 1529 wurde er Pfarrer zu Altdorf, wo er 1531 in schwere Melancholie verfiel, in welcher Veit Dietrich ihn tröstete (vgl. seinen Trostbrief: Strobel, Beitr. II, 381). Im August 1541 wurde er vom Nürnberger Rath abgesetzt, wovon selbst die Nürnberger Prediger den Grund nicht erfuhren. Vermuthlich auf Dietrichs Empfehlung kam er nach Rothenburg a. T., wo er aber nicht gefiel und die Stelle bald verließ. Wo er nachher hingekommen und gestorben, ist unbekannt. Vgl. Falckenstein, Chronic. Suabac. 1756, S. 205; Hist.-diplomat. Magaz. Altdorf 1781, I, 94; Strobel, Beitr. II, 379; Verpoorten, Analect. 165; Mayer, Nürnb. Gsch.- und Alterthumsfreund 1842, S. 207.

(Wittenberg.) Nr. 1227. 22. November 1527.

Luther an Wenc. Link in Nürnberg.

Drucke: 1. Aurif. II, 358[b]; 2. de Wette III, 224. — Deutsch: Walch XXI, 1069.

Gratiam et pacem. En solvo silentium, mi Wenceslaë charissime, et quid mirum, si sileam? Misericordia Dei, quod vivo, corpore satis valeo, sed spiritu quid sim aut agam, ipse nescio certe. Quid agat mundus, Papa, Caesar, Reges, parum curo, Christum suspiro et gratiam ejus in salutem. Wolfgango[1] meo certe mandavi, ut libros Endrisso[a 2] mitteret et tibi, quae velles; et nisi impediat, quod hac ipsa hora tradendae sunt hae literae, qua tuas accepi, iterum mandavi, ut pararet. Quamquam tibi de novo integram Genesin[3] arbitror misisse, ac paene certus sum, sed iterum mitto vel mittam integram[b]. Zachariam jam paene absolvi[4]. Adhuc semel Swermionibus respondeo cum professione fidei meae[5]. Satan agit et vellet, ut nihil amplius scriberem, sed secum ad inferna descenderem; Christus conculcet eum, Amen. Et tu pro me ora, mi frater. Apud nos pestis nulla esset, nisi fama sparsa nos peste laborare infamaret, sic mititer Christus mirabiliter

Digitized by Google

agit nobiscum. In hospitali plus minus XV defuncti sunt, cum ultra C illati sint aegrotantes: puerorum major est pars morientium. Uxor mea vicina partui est, ora pro ea. Vale in Domino felix cum tuis. Feria sexta post Elisabeth 1527.

[a] Bidisso 1. 2. — [b] integrum 1.

[1] Wolf Sieberger.

[2] Es iſt, wie ſchon de W. richtig vermuthete, der Nr. 1179[2] erwähnte frühere Carmeliter-Mönch gemeint.

[3] Die 1523—1524 gehaltenen und 1527 herausgegebenen Predigten über 1. Moſe, Erl. 33, 1.

[4] Er kam zu Neujahr 1528 heraus, Erl. 42, 109.

[5] Vom Abendmahl Chriſti, Bekenntniß Mart. Luth., das ſog. große Bekenntniß, welches März 1528 herauskam. (Erl. 30, 151.)

(Wittenberg.) Nr. 1228. 27. November 1527.

Luther an Eberh. Brisger in Altenburg.

Handſchriftlich: **1.** alte Abſchrift hinter Obsopoeus, farrago, im Beſitz des Pf. Nebel in Groß-Gerau; **2.** Wolfenbüttel, Cod. Gud. 214. f. 63[b]; **3.** desgl. Cod. Aug. 11, 10. f. 142 (unvollſtändig); **4.** desgl. Cod. Aug. 19, 15. f. 234 (unvollſtändig); — Drucke: **5.** Aurif. II, 359; **6.** Schütze III, 235 (unvollſtändig); **7.** de Wette III, 225. — Deutſch: Walch XXI, 1071.

Suo in Christo fratri, M. Eberhardo Brisger, Evangelistae Aldenburgensi fidelissimo.[a]

Gratiam et pacem[b] in[c] Christo Jhesu. Consolaris me per literas tuas, mi Eberharde, pro qua re gratias ago. Dominus rursus te consoletur in tempore opportuno, sed adde et hoc unum, ut pro me ores serio ad Dominum, quoniam infirmus sum, ne Christo destituar. [d]Scio opus esse mihi tentatione, ut humilier et Deus in me glorificetur, sed ne[e] succumbam. Vere credo, Satanam in me furere, nam multa in ipsum[f] feci et[g] dixi et scripsi; sed solamen est, si fortiter credo, ea ipsa[h] placuisse Domino et Christo[i] ejus. Ita [k]ego inter istos[l] duos adversantes[m] principes medius jactor[n], et miserrime collidor. Verum

Digitized by Google

adhuc spero, quod Christo meo placeam, etiamsi[o] multa feci et facio, quae Satanae sunt, ipse enim misericors est et ignoscit; quae autem in Satanam pecco, pro Christo facta, non me poenitet nec veniam ab ipso peto, cum sit homicida et mendacii pater.

Orationibus igitur tuis et fratrum me commendo, eoque[p] magis, quo[q] tu ipse intelligis serio me peti a Satana, incredibili ira et furore saeviente, id quod valde sentire cogor. Mirum, quam sese transfiguret[1] in Christum ipsum, imo in Deum ipsum[r] (ut angelum lucis taceam), omnes vires suas in me exercet, ut[s] perdat: Christus autem adhuc fideliter[t] servavit, qui et servabit usque in finem, ne glorietur hostis in viribus suis, Amen.[u] In quo bene vale cum tua Margaretha. Brunonis[2] filiolus etiam obiit[v]. Socero tuo natus est filiolus Johannes, cui ego compater factus sum. Ketha mea partum expectat omni hora. Ora pro nobis. Uxor Augustini[3] revaluit. Margaretula Mochinna[w 4] vix mortem evasit[x]. Feria 4. post Katharinae 1527.

Martinus Luther.

[a] Adreſſe nur bei 1. — [b] Gratia et pax 2. 5. 7. — [c] † Domino 2. — [d] Hier beginnen 3. 4. 6. — [e] non 2. — [f] eum 6. — [g] et fehlt 6. — [h] omnia 6. — [i] Christo et Domino 3. — [k] † et 2. 5. 7. — [l] istos fehlt 4. — [m] adversarios 3. 4. 6. — [n] victor 1. 2. 5. — [o] etsi 3. 4. 6. — [p] eo 1. 2. 5. 7. — [q] quod 1. 3. 6. — [r] imo etc. fehlt 5. 7. — [s] † me 3. 4. 6. — [t] † me 3. 4. 6. — [u] Hier ſchließen 3. 4. 6. — [v] abiit 5. 7. — [w] Mechynnia 1; Marsynna 2. — [x] Margaretula etc. nur bei 1. 2.

[1] 2 Cor. 11, 14.

[2] Bruno Brauer, Pfarrer zu Dobien, welchem Brisger bei ſeinem Weggang nach Altenburg ſein Häuschen zur Verwaltung übergeben hatte. — Auffallend iſt, daß Luther, als unmittelbarer Nachbar Brauers, hier den Tod des Söhnchens deſſelben meldet, während er am 29. Novb. an Jonas ſchreibt, daß es im Sterben liege. Das Datum unſeres Briefes, durch mehrere von einander unabhängige Handſchriften bezeugt, iſt wohl kaum falſch (daß etwa feria 6. zu leſen wäre); iſt aber vielleicht die Nachſchrift zu Nr. 1230 ein Stück eines unvollſtändigen, am 26. oder 27. geſchriebenen Briefs, das nur Aurif., der es ſonſt nicht anders unterzubringen wußte, zur Nachſchrift machte?

[3] Vgl. Nr. 1219[5]. — [4] Vgl. Nr. 1219[6].

Digitized by Google

Torgau. Nr. 1229. 28. November 1527.

Luther an Joh. Brenz in Schwäbisch-Hall.

Handschriftlich: **1.** Heilbronn, Ms. des Karls-Gymnasiums (Original?); **2.** Cod. Ratzenb. (vgl. Ztschr. f. hist. Th. 1872, 333); **3.** Cod. Jen. B. 24. n. f. 160; — Drucke: **4.** Aurif. II, 361; **5.** de Wette III, 230. — Deutsch: Walch XV, Anh. CXXII.

Suo in Christo charissimo fratri et domino Johanni Brentio, Christi sincero discipulo et Hallensis urbis fideli [Ecclesiastae].[a]

Gratiam et pacem in Christo Jhesu, Domino nostro. Ostendit mihi Spalatinus charissimus meus literas tuas ad ipsum datas[1], quas cum gaudio certe legi, mi Brenti, videns gratiam Dei in te habitantis per Christum filium suum, qui tam constans et sincerus verbum Christi serves et doceas in medio istius pravae nationis atque perversae[2]. Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jhesu Christi, qui in tot malis, quibus circumdor, saltem aliquot fratres verum et legitimum semen Israel videre concedit, alioqui non nisi monstra undique et furiunt et saeviunt. Carlstadium in sinu hactenus alimus officiose satis, spe bona, quod esset rediturus in viam; at miser homo de die in diem magis induratur, et tamen silere cogitur pusillanimitate; etiam suum ‚Tuto' adhuc tuetur, quamvis reprobatum etiam a suis.[3] Tanta est ira, si quis semel verbum Dei impugnaverit. Christum oro, ut te et fratres tuos nobiscum servet in sinceritate et simplicitate sua, usque ad diem gloriae suae, Amen.

Has literas extorsit mihi[b] (quamvis lubenti et spontaneo) extorsit[c] tuus[d] Spalatinus, ut et literis scribendis familiaritatem tuam mihi parem, qui spiritu et unanimitate sumus (gratia Dei) conjunctissimi. Ora autem cum fratribus tuis, ut hoc gaudium Christus plenum et perpetuum in nobis efficiat. Salutat te Pomeranus unicus socius meus, absentibus

Digitized by Google

aliis metu pestis. Commenda nos, praesertim[e] me[f] miserum peccatorem Ecclesiae tuae[g], nam Satan solutus in me machinis suis mihi Christum eripere tentat privatim[h], postquam videt publice et professione[i] verbi se nihil posse mihi[k] eripere. Miror, quid hominis sit Zwinglius, qui tam rudis sit grammaticae et dialecticae, ut taceam alias artes, et tamen sic audet jactare victorias: gloria ista properat nimio[l] ad confusionem. Tu charissimum meum gaudium et corona mea[4] in Christo nostro magistro[m] et domino quam optime vale, cum fratribus omnibus. Torgae apud Spalatinum[5], 1527, quarto Calendas Decembris.

Tuus ex animo frater

Martinus Luther.

[a] Adreſſe nach 1; das letzte Wort iſt weggeſchnitten. — [b] extorsit mihi fehlt 4. 5. — [c] wohl aus Verſehen das Wort noch einmal geſchrieben. — [d] tamen 1; meus 2. — [e] passim 4. 5. — [f] † et 4. 5. — [g] tuae fehlt 1. [h] personatim (?) 1. — [i] confessione (?) 1. — [k] mihi fehlt 1. — [l] nach 1; in uno 2; in ipso 4. 5. — [m] Christo cum Magistro 2. 4. 5.

[1] Die Correſpondenz zwiſchen Spalatin und Brenz war wohl durch Melanchthon veranlaßt, dem auch Spal. den von Brenz erhaltenen Brief zugeſchickt hatte (CR. I, 904); jetzt wurde Spalatin wieder die Veranlaſſung zu dem brieflichen Verkehr mit Luther, was ihm Brenz in gutem Angedenken behielt, indem er am 15. April 1532 (Pressel, anecd. Brent. S. 121) ihm ſchreibt: me cum Luthero patre nostro in Christo venerando privata etiam amicitia copulabas. (Vgl. Boſſert, Luth. und Würtemb. 27.)

[2] Die Süddeutſchen waren damals faſt ſämmtlich zwingliſch geſinnt; Nachweis bei Keim in Baur's und Zeller's theol. Jahrbb. XIV, 356. — [3] ſo z. B. von Zwingli in der Amica exegesis, opp. III, 500 u. ö.

[4] Phil. 4, 1.

[5] Luther nebſt Bugenhagen waren, vom Kurfürſt berufen, vom 26.—28. Novb. in Torgau, um zwiſchen dem auch dorthin berufenen Agricola und Melanchthon zu vermitteln (Kawerau, Agric. 147). Auch Spalatin, der in Torgau ein Haus als Präbende hatte (Schlegel, vit. Spal. 102), war anweſend.

Digitized by Google

(Wittenberg.) Nr. 1230. 29. November 1527.

Luther an Just. Jonas.

Drucke: **1.** Aurif. II, 359[b]; **2.** de Wette III, 241. — Deutsch: Walch XXI, 1072.

Gratiam et pacem in Domino. Quod pro me oras, mi Jona, facisque id sedulo, facis rem necessariam mihi misero Christi peripsemati[1]; vicissim pro te oro ex animo, ut tui misereatur Christus, nam audio, iterum te graviter conflictatum esse cum calculo[2]. Ego paene consulerem, ad nos ut redires propediem, nam pestis nostra, Christo favente, mitior facta est, populares certe nostri nuptias repetunt, et quasi victa peste secure agere incipiunt. Deinde regio tua, post Ignatii uxorem[3] et Johannem Dorotheae maritum[4], paene pura adhuc consistit, usque ad Parochiam et forum. Dominus consulat tibi, ut facias quod illi placet et tibi commodet, Amen. Saluta Ketham tuam et Justulum[5]. Augustini uxor[6] resurrexit. Margaretha Mochinna[7] si evadet, evadet difficulter, speramus tamen vitam; decubuit plus minus VII hebdomadas, auditu privata aegre loquitur. Ketha mea omni hora partum expectat, Christus faveat, Amen. Vigilia Andreae 1527.

Martinus Luther.

[8] Domum tuam adhuc puram, sicut et totam illam regionem Coswicensem[9] habemus, unde ego tibi absenti hospitem constitui alterius Johannis Capellani[10] uxorem cum liberis, eo quod mulier ista nimis consternata sociae amissae decessu[11], ut aliter ei provideri non possit consolatio; ipsi tamen Capellani ambo in Parochia manent et dormiunt. Tu igitur vide, ut hanc meam necessariam audaciam in res tuas grassantem boni consulas, hac tamen fide, ut si pestis illic quoque aliquem ex illis invaserit, mox ad Parochiam sim revocaturus. Sic te Christus domo Northusiae augeat, dum tua hic fruimur in necessitatem istam. Brunonis nostri filiolus hodie vix vivet, sic agonisat infans pupillus. Vale in Christo.

Digitized by Google

[1] 1 Cor. 4, 13.
[2] Auch Spalatin an Jonas 25. Novb. bemitleidet ihn wegen seines Steinleidens (Kawerau, Jonasbr. Nr. 112).
[3] Vgl. Nr. 1211[1]. — [4] Joh. Weber, vgl. Nr. 1216.
[5] Justus Jonas d. j., geb. am 3. Decb. 1525, in Kopenhagen enthauptet am 28. Juni 1567 (vgl. Eberi Calend. 219. 385).
[6] Die Frau des Mediciners Aug. Schurf, vgl. Nr. 1219[5].
[7] Vgl. Nr. 1219[6]. — [8] Ueber diese Nachschrift vgl. Nr. 1228[2].
— [9] Coswig, ein kleines Dorf bei Wittenberg. — [10] Joh. Mantel, vgl. Nr. 759[5]. — [11] Georg Rörer's Frau, vgl. Nr. 1219[8].

(Wittenberg.) Nr. 1231. (Ende November 1527)[1].

Luther an Carlstadt.

Handschriftlich: **1.** Kopenhagen, alte kgl. Bibl. 1393, f. 71. (von verschiedenen Händen geschrieben und dadurch an Werth ungleich); **2.** Dresden, Cod. Solger. C. 351, f. 43 (alt 130) (zum Theil von Veit Dietrichs Hand, so am Schluß); **3.** Wolfenbüttel, Cod. Aug. 19, 15. f. 174; — Drucke: **4.** Aurif. II, 196 (fälschlich unter dem J. 1524); **5.** Löscher, histor. motuum, suppl. p. 4 (meist mit 3 übereinstimmend, nach eigener Angabe ‚aus einem alten guten Mſ. gebessert', näml. gegen Aurif.); **6.** de Wette III, 231 (nach 4, aber mit richtigem Datum). — Deutsch unter dem J. 1528: Wittenb. IX, 277; Jen. IV, 382; Altenb. IV, 447; Leipz. XIX, 701; Walch XX, 426. — Den bei 4 und 6 vielfach verderbten und unvollständigen Text suchen wir mit Heranziehung der alten deutschen Uebersetzung in Wittb. IX. besonders nach 2 und 3 möglichst correct zu gestalten. Ausnahmsweise geben wir die Varianten vollständig, von denen wir nur offenbare Schreibfehler und sinnlose Wortentstellungen ausschließen.

Venerabili viro ac[a] Domino Doctori Andreae Carolstadio.

Gratiam et pacem in Christo. Speraveram te producturum argumenta, mi Carolstadi, quae te moverent aut movissent ad tuam opinionem, sed ex[b] isto[c] commentario tuo super verbo[d] ‚dedit' intelligo, te argumenta potius exquirere et omni arte ac vi[e] extorquere[f] ex syllabis et literis. Quod aliud nihil esse potest, quam quod data opera lucem fugias.

Nam quis erit finis disputandi, si sic pergas[g] syllabas[h] violenter mungere[i 2] et pungere? Cur non potius ad rem accedis? Breviter me accipe, clarissime enim dicam.

Duo sunt in ista causa proposita, nempe verba et res: de verbis est quaestio, an demonstrari possit, ea debere aliter accipi, quam sonant? de re est[k] quaestio, an corpus Christi in coena corporaliter detur et edatur? Nos igitur per verba vobis rem extorquere nitimur[l], sicut vos per rem nobis verba extorquere nitimini. Quia si verba accipienda sunt, ut sonant, absque dubio nos[m] vicimus et rem vobis extorsimus; contra si[n] vos rem[o] demonstraveritis, absque dubio verba nobis extorsistis, scilicet[p] esse[q] aliter intelligenda, quam sonant[r].

Nunc sine controversia prior quaestio de verbis est tractanda, hoc est, primum videndum, ‚quid nominis', deinde ‚quid rei'. Hic nos stamus et dicimus (quandoquidem neque tu, neque ullus vestrum hactenus demonstravit[s] haec verba: ‚Hoc est corpus meum'[t], aliter accipienda[u], quam sonant) simpliciter eis esse[v] inhaerendum[w], ut sonant. Nam neque tu unum jota ex Scripturis produxisti, quo probares[x] τοῦτο ad corpus sedentis Christi spectare, sed ex capite tuo id[y] fingis, sicut nec Zwinglius nec Oecolampadius probant ulla ex Scripturis syllaba ‚est' pro ‚significat', aut ‚corpus' pro ‚figura corporis'[z] accipi, sed et ipsi talia e capite suo fingunt. Cum igitur hic vos palam teneamus fictores arbitrarios verborum contra usum et naturam omnium linguarum, quomodo possumus[a] moveri in vestram sententiam? imo quomodo vos non movet conscientia, quae aculeum hunc sentit, et vos inclamat dicens: verba sic sonant, et vos non probatis aliter accipi debere[b]? Nam ut[c] demus per impossibile, vos rem[d] demonstrare, scilicet corpus Christi non dari in coena, quid facietis cum conscientia, quae[e] verba opponit: ‚Hoc est corpus meum'? Aliter accipienda sunt, inquies? Quomodo? Hic[f] omnes cogimini obmutescere, cum ne-

Digitized by Google

que tu probes tuum ‚τοῦτο', nec illi suum ‚significat' aut ‚figuram'. Et sic prorsus nullum textum nobis relinquitis, quia[g] nihil aliud concluditis[h], quam esse verba aliter accipienda[i], quam sonant. Quomodo autem sint accipienda, prorsus dicere[k] non potestis[l], atque sic conscientiae clamorem fortiter[m] transitis, quae verbis, ut sonant, mordetur[n], cum[o] numquam ea aliter accipi audierit[p], quam sonant. Qualis autem sit ille spiritus, qui solum hoc[q] efficit, ut nullus textus sit in coena Domini, deinde aliter accipienda verba quam[r] sonant contendit contra omnium[s] linguarum usum, nec vult nec potest probare id ipsum, facile est judicare.

Cum igitur perverso ordine vos transiliatis ‚quid nominis', deinde ‚quid rei' sine[t] ‚quid nominis' quaeratis, stamus contra vos invicti[u], dicentes: verba sic sonant, nec contrarie aut[v] aliter accipienda esse[w] ulla syllaba probatis, imo contemptim[x] transilitis; ideo certum est, vos errare. Praesertim in sacris literis[y] necesse est, ‚quid nominis' primum et certissimum habere, quia de rebus incognitis et tantum fide perceptis[z] agitur. Haec pro nobis[a].

Nunc ad tuum perversum ordinem venio, qui[b] contempto[c] ‚quid nominis' sudas in ‚quid rei'. Ac primum valde vellem te omisisse plurima, quae absque dubio me et nosse et[d] concedere nosti, ne tempus et verba perdere opus esset. Sed quia id forte non potes, novellus, ut video, rhetor ex libellis absque praeceptore factus, donandum est[e] hoc tibi et ferendum.

Primum quod doces me, esse locos Scripturae per collationem aliorum locorum exponendos, et hac regula fretus incipis, et Johannis caput sextum[f] velut lucem in verba coenae Domini afferre, hic, quaeso, me patienter audi. Si omnis locus Scripturae per alium locum[g] est exponendus, quis erit finis conferendi locos Scripturae? Quia hac ratione fiet, ut nullus locus sit in Scriptura certus et clarus, et erit quaedam mutua collatio in infinitum loci ad locum. Sic

Digitized by Google

alius per coenam praesumet[h] exponere sextum caput Johannis, sicut tu contra[i] praesumis coenam exponere per 6. caput Johannis, et utetur tua regula, scilicet locum[k] per locum esse exponendum. Sentisne te hic satis infidele fundamentum[l] jecisse, et ex particulari ad universale procedere? Nam ista regula: locus per locum exponi debet, absque dubio particularis est, scilicet[m] locus ambiguus et obscurus debet per locum clarum et certum exponi. Nam claros et certos locos velle per collationem aliorum[n] exponere, est nequiter veritatem illudere, et nebulas in lucem vehere. Similiter omnes locos velle per collationem aliorum exponere, esset[o] totam Scripturam in quoddam[p] infinitum et incertum chaos confundere. Suntne haec satis clara? Absque dubio intelliges[q] pulchre haec ita[r] habere.

Quando igitur regula hac conferendi voluisti uti ceu fundamento, primum erat[s] tibi certum et demonstratum faciendum, locum coenae esse ambiguum et obscurum, hoc est, qui egeret conferendi ista regula ad caput Johannis sextum. Tu vero neutrum istorum facis, nec demonstras, esse ambiguum locum coenae, nec probas, esse cum Johannis sexto capite conferendum, sed utrumque fortiter transis et utrumque fortiter[t] indemonstratum et incertum apprehendis, supponens[u] tanquam certum et demonstratum[v]. Quid mirum, si nihil nisi monstra disputes et concludas? Ambiguitatem autem coenae sic aut[w] simili modo docuisses dicendo[x]: Quia vocabula ista ‚corpus meum' etc. vel ista oratio ‚hoc est corpus meum', in sacris[y] Scripturis varie et ambigue accipitur, ideo aliunde petenda est certa intelligentia. Hoc modo si processisses, occurrisset tibi veritas, et dixisset[z]: Parce, frater, locus coenae[a] non est ambiguus, aut demonstra ambiguitatem, quia verba ista ‚hoc est corpus meum', omnium linguarum usu sunt clara, et nusquam in Scripturis aliter accepta aut intellecta, quam ut sonant, nisi tu contrarium probaveris. Quare tibi non potest concedi, ut ea ad caput Jo-

Digitized by Google

hannis sextum conferas juxta regulam praedictam. Nam regula haec non habet hic locum, nisi probaveris ambiguitatem, ambiguitatem inquam[b] sive in vocabulis sive in syntaxi[3].

Secundo, quod multum[c] contendis, Christum Johannis sexto definivisse, ubi, quomodo, quibus, quando, quoties, quo consilio, quibus instrumentis corpus suum datum sit in cibum, laudo conatum tuum rhetoricandi. Sed, mi vir, hoc[d] nosti a me non negari, nec erat opus eo[e] produci. Johannis caput sextum mihi satis notum est, ac scio ibi[f] doceri corpus Christi seu potius carnem Christi esse[g] animarum cibum. Iterum agis, quod agendum non est, et non agis[h], quod agendum est[i]. Ex particulari infers exclusivam, scilicet: Christi caro docetur capite[k] sexto manducari spiritualiter, ergo Christi caro docetur manducari tantum[l] spiritualiter. Ubi didicisti hanc dialecticam: ‚manducari spiritualiter' est idem quod ‚manducari tantum[m] spiritualiter'? vel: quod Christi caro spiritualiter comeditur[n], ergo non potest etiam corporaliter comedi? Ostende locum Johannis 6, qui hanc consequentiam probet, quam tu[o] hic fingis. Quomodo possum[p] credere te isto syllogismo moveri? Certe[q] illo[r] nos[s] non posse[t] moveri arbitror te plane videre. Nam eadem consequentia dixeris[u]: Gal. 4, 19 Christus spiritualiter paritur in Galatis, ergo non potest corporaliter pari de Maria; Christus habitat spiritualiter in credentibus Ephes. 2[4], ergo non potest corporaliter habitare[v] Capernaum aut[w] in coelo; Christus crucifigitur spiritualiter Gal. 3, 1, ergo non potest corporaliter crucifigi[x] in cruce. Et hujus generis infinita adduci possunt, ut de tactu, visu, auditu spiritualibus, ut negentur corporaliter fieri potuisse[y]. Vides igitur[z], in quantis deficiat hoc tuum argumentum? scilicet, quod ex definito[a] facis exclusivam[5], deinde quod locum Johannis 6 ad locum coenae per vim torques et nihil probas.

Digitized by Google

Tertio, quod satis longa et paene obscura verbositate urges, pugnantiam esse in nostra sententia, videlicet[b], quod verbum ‚dedit'[c] ponitur ante hunc textum ‚Hoc est corpus meum', id efficere, ut datio jam facta sit, antequam Christus dixit: ‚Hoc est corpus meum'; ergo[d] discipulos[e] necesse est panem accepisse a Christo datum, et sic finita datione et acceptione[f], tum[g] Christum dixisse: ‚Hoc est corpus meum'[h], quo fit, ut aut otiosa sit haec oratio ‚Hoc est corpus meum'[i], aut[k] necessario ad Christi corpus ibi sedentis pertineat, cum jam ante panis sit datus et acceptus. Haec, nisi fallor, est vis et lux illa[l] verbi ‚dedit'[m], tam magnifice a te tractata[n].

Ego vero te per Christum oro, ut tecum[o] ipse[p] consideres et observes[q], si potes, quam insigni caecitate hic labores[r]. Timeo, ne sic in poenam tam[s] sacrilegi dogmatis percussus[t] sis. Age, loquamur crasse! Verborum quaedam sunt Evangelistae historiam recitantis, puta haec: ‚Accepit panem, gratias egit, fregit[u] deditque discipulis suis dicens'; quaedam sunt Christi[v] loquentis, puta haec: ‚Accipite, comedite, hoc est corpus meum'. Jam tu inter[w] verba Evangelistae recitantis historiam et inter verba Christi loquentis aliquod[x] ponis intervallum temporis, in quo Christus dederit et discipuli acceperint ac vorarint panem; vorato autem pane tum sequatur Christus dicens: ‚Hoc est corpus meum', ubi necessario ‚hoc' demonstret[y] ‚corpus' Christi, quia panis jam abest, puta datus et acceptus, forte et comestus, ut per ‚hoc' demonstrari non possit. Quis hic non videat[z] ridiculam tuam cogitationem vel studium potius volentis et quaerentis errare[a]?

Cur non observasti hanc Evangelistae vocem, dicens[b]: qua[c] clare significat[d], inter dicendum datum esse panem, et quid[e] dixerit, addit: ‚Accipite et comedite, hoc est corpus meum'. Ex quo perspicuum est, dationem panis esse factam simul sub dictione vel[f] cum dictione, id est[g], sonantibus et prolatis istis verbis Christi: ‚Hoc est corpus meum',

Digitized by Google

ut tua cogitatio prorsus nihil sit, qui[h] datum panem imaginaris ante prolationem verborum, sicut in libro vel papyro ‚dedit'[i] ante hanc orationem ‚Hoc est corpus meum' ponitur. Igitur juxta tuum sensum augendus esset textus hoc modo: Christus fregit deditque discipulis[k], et illi acceperunt et comederunt; tunc dixit Christus[l]: ‚Hoc est corpus meum'. Sic enim tu cogitas mox esse factum, ubi[m] Evangelista verbum ‚dedit' legendum descripsit, et non vides factum ab Evangelista repraesentari his verbis: ‚Accipite et comedite, hoc est corpus meum'.

Nam finge, te adesse coenae illi primae Christi, spectareque et observare Christum agentem et loquentem. Hic vide manus ejus, quibus accipit[n] panem, nihil dicens de dando, sed retento in manibus pane[o], profert gratias, gratiis actis iterum tacet et nihil de dando dicit, sed[p] profert haec verba: ‚Accipite, comedite, hoc est corpus meum'. Sub his igitur[q] verbis vel mox post ipsa aut cum ipsis, et non necessario ante ipsa, fit datio, ut cogit natura facti et historiae sentire, ut nemo possit negare panem datum esse corpus suum, ut quod dando appellat corpus suum. Proinde cum tu intervallum inter dationem et appellationem fingis contra naturam facti, certe[r] ad impossibile te obligas, hoc est, ad probandum istud intervallum, cum Evangelista per participium illud ‚dicens' prorsus tollat intervallum, et inter dicendum, vel cum dicendo fractum[s] panem esse datum et corpus Christi appellatum testetur[t]. Ita remanet[u] nuda et inutilis[v] cogitatio tua[w] de intervallo temporis et dationis, quam in ipso[x] factam fingis.

Nam quod postulas tibi[y] responderi, an Christus corpus suum dederit, antequam primam literam hujus orationis eloqueretur ‚Hoc est corpus meum', quid est nisi mera captio et insidiosa verborum[z] Christi cavillatio? Nam finge panem esse datum vel post orationem completam vel ante inceptam: quid hoc, quaeso, ad rem? aut quid hoc[a] te juvat? cum par-

Digitized by Google

ticipium ‚dicens' demonstret dantem Christum dixisse: ‚Hoc est corpus meum'. Certe si tibi centum florenos darem, nihil referret, sive post sive ante dationem sic dicerem: Hic sunt 100 floreni. Quamquam natura facti et narratio[b] historiae persuadeat, dare et dicere simul fuisse, ut simul dederit panem et simul dixerit: ‚Hoc est corpus meum'. Nam sic solet in omni actione[d] fieri, ut dator simul det et dicat seu appellet id quod dat. Nisi forte nobis illam[c] vetulam quaestionem revocas ‚de instanti consecrationis'[6], ubi Papistae docent, post ultimam syllabam adesse corpus Christi et non ante. Nos istas cogitationes contemnimus, et Deo non designamus[e] instantia[f] aut tempora, contenti simpliciter credere[g], id fieri certo, quicquid Deus fieri aut esse dixerit. Neque enim nos contendimus, quo instanti[h] leprosus sit mundatus, quando Christus dixit Matthaei 8, 3: ‚Volo, mundus esto'; sed satis est, nos credere illum fuisse mundum factum, sicut Christus dixerat. Sic filium reguli Johannis 4, 50 credimus sanatum, sicut Christus dixerat: ‚Vade, filius tuus vivit', non curiosi, quo syllabarum tempore aut instanti factum sit. Et Lazarum revixisse, sicut verbum Christi sonat[7]: ‚Lazare, veni foras', otiosis et[i] vaniloquis relinquimus, an sub voce[k], ‚veni' vel[l] ‚foras', vel ‚Lazare' revixerit[m], et talia multa. Sic et hic panem esse corpus Christi dicimus, quia Christus dicit: ‚Hoc est corpus meum', aliis odiosis[n] λογομάχοις concedentes, ut de instantibus et syllabis disputent. Nobis enim[o] praeceptum est[p], verba[q] Dei vera esse credere, non autem disquirere, quo instanti aut quomodo vera sint et impleantur.

Ex istis puto satis clarum esse, quod verbum ‚dedit' male trahas[r] ad actionem coenae, cum sit verbum Evangelistae praeteritam coenam narrantis; ideo coactus est verbo praeteriti temporis[s] uti. At ipsa actio verbis praesentibus imperativi et indicativi modi repraesentatur, puta ‚Accipite, comedite, hoc est corpus meum', quae non sinunt intervallum

Digitized by Google

aut praeteritam dationem imaginari[t], sed objiciunt, praesentem dationem a Christo fieri eo ipso[u], quo[v] dicit: ‚Hoc est corpus meum'.

Quod vero panem appellari jactas 1 Cor. 10, 16 ‚Panis, quem frangimus' etc. quis negat? sed quod solum panem facis, quomodo[w] probabis? Sed de his in novissimo meo libello[s] leges. Nam contra tuum τοῦτο fortis est ille[x] idem locus: ‚Panem, quem frangimus, est non solum panis, sed communio[y], seu participatio corporis Christi'. Et hae sunt Scripturae, quas flagitas, quibus corpus datum discipulis probamus, nec possunt a te subverti, quod scimus.

Equidem admiror, cur dicas, tibi frustra objici haec verba ‚Hoc est corpus meum', nulla alia[z] causa, nisi quod dicis, hic de dandi verbo controverti; deinde aliud significare verbum ‚dedit', et aliud verbum ‚est', ut autem diversa significant, ita diversa probant. Quid hic velis, non intelligo, nisi quod contemni a te credo ista verba ‚Hoc est corpus meum', et tamen nihil affers, quam quod aliud significet[a] ‚dedit', aliud ‚est'. Quasi vero et nos non[b] similiter possimus[c] tuum ‚dedit' contemnere et dicere: aliud significat[d] ‚corpus', aliud ‚meum'. Imo quodlibet vocabulum suum significatum significat: numquid recte hinc sequitur, orationem ex talibus constitutam esse falsam aut contemnendam?

De translatitia significatione, qua datum corpus et[e] fractum pro nobis disputas, permittimus, ut dicas quantum voles. Nam et nos asserimus, Christum in cruce datum pro nobis, quamvis fractum esse[f] in cruce negemus[h]. Nec tu id probabis, nec probasti hactenus. Sed esse in coena[i] translatitiam dationem non est verum, quamvis[k] verum sit, corporalem ibi[l] dationem figurare spiritualem dationem, qua Spiritus sanctus nobis in cor donat Christi carnem credere, sicut idem dat in coena corporaliter comedere eandem carnem. Nec duae[m] istae dationes sese mutuo impugnant aut vicissim excludunt, sed pulchre conveniunt, sicut cum sese dedit ministrum corporaliter

Digitized by Google

discipulis lavando pedes[9] et ministrando mensae[n], non impedit, quo minus spiritualiter[o] sese det credendum. Tu consequentias facis pessimas, scilicet: est[p] spiritualis datio, ergo non est corporalis[q] in coena. Consequentias, inquam[r], ejusmodi probare deberes, qui[s] transis semper et probas nobis antecedens, quod nos tamen concedimus, nec opus habet tua[t] probatione. In summa petis, ut Scripturam apertam proferam, quae dicat, Christum[u] accepisse et dedisse corpus suum, sicut tu probaveris, Christum accepisse et dedisse panem. Bene, si hoc[v] vis urgere, ut nolis[w] credere[x], nisi istas syllabas et literas[y] produxero[z]: ‚Christus accepit corpus suum, et fregit et dedit suis discipulis'[a], victor esto et sequere caput tuum; ego tales syllabas non possum producere. Sed simul vide tamen, si talem possem[b] textum producere: ‚Christus accepit corpus suum et fregit et dedit discipulis suis': quid opus esset, ipsum appellare et dicere: ‚Hoc est corpus meum'? An otiosum battologum cupis fieri tantum, ut loquatur verbis a te sibi praescriptis, potius quam credas verbis ab ipso tibi praescriptis[c]? Nos scimus in his verbis: ‚Accipite et comedite', ipso gestu[d] significari praesentem dationem, quod negare nemo potest, ita ut si quis glossam super illis verbis velit[e] ponere, sic scribere posset super verbum ‚accipite': ecce hic fit datio quaedam praesens. Habita autem datione ista praesenti sub verbo ‚accipite', cogit appellatio statim sequens sine intervallo, sine personae mutatione, scilicet[f] ‚hoc est corpus meum', qua[g] appellat panem, vere dari corpus Christi. Nam contra omnem sensum est, aliud datum intelligi, quam id quod appellatur a dante eo facto et tempore, quo datur et appellatur ab ipso, ut etiam[h] in primo libro contra te[10] vernaculo[i] declaravi. Ideo tuum praeteritum verbum[k] ‚dedit' prorsus corruit, et tollitur per verbum praesens[l] ‚accipite', in quo non ‚dedit', sed ‚dat' necessario intelligitur. Et relinquitur ‚dedit' in ore Evangelistae praeterita narrantis, et ‚dat' in

Digitized by Google

ore praesentia[m] narrantis[n], et Christum praesenter dantem et loquentem[o], panemque acceptum corpus suum appellantem audientis et videntis. Et quantum tu urges verbum ‚dedit', quod est Evangelistae praeterita narrantis, tantum nos urgemus[p] verbum ‚accipite', quod est Christi praesenter agentis. Cum autem ex Christo agente pendeat intelligentia coenae, manifeste patet vitiosa tua disputatio, dum de actione Christi instituisti loqui, et ea omissa apprehendis narrationem Evangelistae, imo non narrationem, sed tempus narrationis[q], scilicet[r], quia Evangelista longe post coenam narrat[s], cogitur propter elapsum tempus verbo praeteriti uti, quod tu paralogista confundis in ipsam actionem Christi ante tantum[t] tempus[u] praesenter factum. Nec cogitas, si Evangelista potuisset praesens praesentem actionem describere[v], non fuisset dicturus ‚dedit', sed hic: ‚Jhesus accipit et dat, dicens accipite' etc. Tu igitur vide tuum syllogismum, qui a tempore arguis ad opus, ac si dicas: Evangelista diu post ita scripsit, ergo Christus sic tunc non fecit, quia ille in praeterito scripsit ‚dedit', igitur Christus praesenter non dat. Mirum, quomodo possint[w] tam nihili cogitationes tibi occurrere, magis mirum, te illis sic inniti.

Fusius illa dixi, quia[x] video te fidere et multa hic jactare, quae tamen solo verbo ‚accipite' statim confutassem, sed volui late loqui, ne putares te contemptum in tuo multiloquio.

Post haec de persona dantis disputas, multis verbis agens, Christum esse unicum[y] et insignem illum, qui corpus suum det[z]. Quasi hoc ullus aut[a] ignoret aut dubitet, cum satis scias, nos plane sentire et docere, Christum solum ipsum esse datorem sui corporis in coena. Neque enim ullus nostrum dicit in persona sua: ‚Accipite, hoc est corpus meum', imo nullus dicit: ‚Accipite[b], hoc est corpus Christi', sed Christus loquitur, et ‚corpus meum' dicit, mandans[c] nobis sic dicere. Quid est igitur, quod ita copiose argutaris[d], a nobis dari corpus

Digitized by Google

Christi[e], cum tibi potius probandum fuerit[f], Christum non dare corpus suum per nos tanquam[g] organa sua. Nonne et baptisma[h] suum dat ipse solus et unicus, sed per nos? Nonne remittit peccata solus ipse et unicus, sed per nos? Nonne solus docet evangelium et[i] praedicat et exhortatur (ut ait Paulus[11]), sed per nos? Nonne solus ipse dat cibum[k] et vestem[l], uxorem, domum et omnia, sed tamen per alios tanquam instrumenta? Quare non opus erat docere, Christum solum esse, qui det[m] corpus suum, hoc enim nemo negat. Sed istam consequentiam debebas probare, quam praesupponis et non[n] probas, scilicet quod per homines[o] non possit dare corpus suum, cum omnia alia det per homines[p], ipsum filium dederit per virginem matrem[q], et ipsam divinitatem dederit per humanitatem. Vere[r] argumenta tua sunt quaesita potius studio resistendi, quam oblata aut[s] moventia affectum discendi. Eadem ratione negares, Spiritum sanctum esse datum per apostolos, imo ne Christus[t] quidem sufflatu suo corporali[12] dedisse[u] Spiritum sanctum dicetur, cum solus ipse Deus spiritum dare possit.

Si istis argumentis praescivissem te[v] moveri, non fuissem tecum pactus[13] de hac re disputare. Quid enim obstat, quo minus usque ad finem mundi omnibus horis[w] talium argumentorum multa plaustra producas, quae scias nihil ad[x] rem facere, et tempus et opus melius interim impedire[y]? Speraveram argumenta audire, quae te moverent, nunc mihi satis alias occupato audire datur, quam[z] varia et impertinentia tu fingere aut[a] cogitare possis, quasi hoc nemo alius possit quam tu solus[b].

Quare te iterum[c] oro, ut deinceps si argumentari voles, mihi parcas, et hac molestia leves, nec[d] me doceas, quae nosse me et concedere nosti, hoc est, ne assumpta proponas tantum, sed subsumpta et consequentias discutias et probes[14]. Assumpta tua fere omnia concedo, sed subsumpta et consequentias nego[e]. His[f] probandis velim te insudare,

Digitized by Google

sed perpetuo his neglectis insudas in probandis assumptis, quae nemo negat. Ut hic: Christus solus dat suum corpus, ergo nos non damus, probari debet consequentia[g]. Nam assumptum[h] conceditur, Christum esse solum[i] datorem sui corporis, sed consequens, nos non dare, hoc[k] probari debet. Nam etiamsi nos non damus, tamen quia Christus per nos dat, recte et nos dare dicimur[l] tanquam ministri; sicut eleemosynam[m], quam dat herus, recte et servus dare dicitur heri sui[n] jussu et mandato, cum et Paulus[15] evangelium ‚suum' dicat, cum tamen sit Dei, et Christus doctrinam suam non suam dicat[16], atque majora facturum promittit[o] eum, qui credit[17], quam ipse fecerit, cum tamen ipse faciat in nobis omnia. Haec, inquam, diluere et consequentias tuas contra talia stabilire oportuit.

Cogor hic sistere calamum, nam cum ista interruptis vicibus scribere vix potuerim, tum aliis occupationibus impeditus[p], tum quod tertio[q] Torgam vocatus et in aulam profectus sum, et jam quarto vocatus sum[r]. Volo interim ista legi a te et videre institutam[s] responsionem, plura ubi rediero, et quam primum potero[t], responsurus[u].

Mart. Luther[v].

[a] viro ac fehlt 2; Venerabili viro ac fehlt 5. 6; die ganze Ueberſchrift fehlt 3. 4. — [b] ex fehlt 2. — [c] ipso 2. 5. 6. — [d] verbum 3. 4. — [e] ſt. ac vi: ne vix 3. — [f] et omni etc. fehlt 1. 5. 6. — [g] pergis 1. — [h] literas 2. — [i] mugire 5. 6. — [k] est fehlt 1. 5. 6. — [l] enitimur 4. — [m] absque nobis 3. — [n] † esse 4. — [o] rem fehlt 4. — [p] sed 1, daß häufig die Abkürzung für scil. mit sed auflöſt; sic 4, ebenfalls häufig für scil. — [q] esse fehlt 1. 5. 6. — [r] sunt 3. 4. — [s] demonstrarit 5. 6. — [t] Hoc est etc. fehlt 3. 4. — [u] † esse 3. 4. — [v] esse fehlt 3. 4. — [w] haerendum fehlt 1. 2. — [x] probaris 1. — [y] hoc 1. 5. 6. — [z] corporea 5. 6.

3. 40. [a] ſt. quom. poss.: possumusne 1. 5. 6. — [b] oportere 1. — [c] et 2. 5. 6. — [d] rem fehlt 4. — [e] facietis, cum conscientia haec 1. 5. 6. — [f] Hinc 1. — [g] quo 4. — [h] concluditur 3. 4. — [i] intelligenda 1. — [k] docere 1. 2. — [l] possitis 2. 3. 4. — [m] fortiter fehlt 1. 5. 6. — [n] tenetur 4. — [o] tum 3. — [p] audierint 3. — [q] haec 1. 5. 6. — [r] quae 4. — [s] omnem 2. 4. — [t] sive 1—6; Ueberſ.: darnach Quid rei, ohn Quid nominis, ſuchet. — [u] juncti 1. — [v] vel 3. 4. — [w] est 4. — [x] contemptu 4. — [y] ideo etc. fehlt 4. — [z] † hic 3.

3. 70. [a] Haec etc. fehlt 3. 5. 6. — [b] quo 5. 6. — [c] contemptu 5. — [d] me tibi non 5. 6. — [e] est fehlt 4. — [f] ex Joh. 6. (4, ſo auch Ueberſ.: aus dem 6. Cap. Joh.). — [g] locum fehlt 2. — [h] praesumat 4. — [i] contra fehlt 4. — [k] ſt. scil. locum: sic 4. — [l] argumentum 4. — [m] sive 4. — [n] † locorum 1.—[o] nequiter etc. fehlt 4. — [p] quoddam fehlt 5. 6. — [q] intelligis 5. 6. — [r] ita fehlt 3. 4. — [s] erit 1. 5. 6. — [t] transis etc. fehlt 5. 6. — [u] apprehendens supponis 4; praesupponens 5. 6. — [v] et incertum

Digitized by Google

Christi[e], cum tibi potius probandum fuerit[f], Christum non dare corpus suum per nos tanquam[g] organa sua. Nonne et baptisma[h] suum dat ipse solus et unicus, sed per nos? Nonne remittit peccata solus ipse et unicus, sed per nos? Nonne solus docet evangelium et[i] praedicat et exhortatur (ut ait Paulus[11]), sed per nos? Nonne solus ipse dat cibum[k] et vestem[l], uxorem, domum et omnia, sed tamen per alios tanquam instrumenta? Quare non opus erat docere, Christum solum esse, qui det[m] corpus suum, hoc enim nemo negat. Sed istam consequentiam debebas probare, quam praesupponis et non[n] probas, scilicet quod per homines[o] non possit dare corpus suum, cum omnia alia det per homines[p], ipsum filium dederit per virginem matrem[q], et ipsam divinitatem dederit per humanitatem. Vere[r] argumenta tua sunt quaesita potius studio resistendi, quam oblata aut[s] moventia affectum discendi. Eadem ratione negares, Spiritum sanctum esse datum per apostolos, imo ne Christus[t] quidem sufflatu suo corporali[12] dedisse[u] Spiritum sanctum dicetur, cum solus ipse Deus spiritum dare possit.

Si istis argumentis praescivissem te[v] moveri, non fuissem tecum pactus[13] de hac re disputare. Quid enim obstat, quo minus usque ad finem mundi omnibus horis[w] talium argumentorum multa plaustra producas, quae scias nihil ad[x] rem facere, et tempus et opus melius interim impedire[y]? Speraveram argumenta audire, quae te moverent, nunc mihi satis alias occupato audire datur, quam[z] varia et impertinentia tu fingere aut[a] cogitare possis, quasi hoc nemo alius possit quam tu solus[b].

Quare te iterum[c] oro, ut deinceps si argumentari voles, mihi parcas, et hac molestia leves, nec[d] me doceas, quae nosse me et concedere nosti, hoc est, ne assumpta proponas tantum, sed subsumpta et consequentias discutias et probes[14]. Assumpta tua fere omnia concedo, sed subsumpta et consequentias nego[e]. His[f] probandis velim te insudare,

Digitized by Google

sed perpetuo his neglectis insudas in probandis assumptis, quae nemo negat. Ut hic: Christus solus dat suum corpus, ergo nos non damus, probari debet consequentia[g]. Nam assumptum[h] conceditur, Christum esse solum[i] datorem sui corporis, sed consequens, nos non dare, hoc[k] probari debet. Nam etiamsi nos non damus, tamen quia Christus per nos dat, recte et nos dare dicimur[l] tanquam ministri; sicut eleemosynam[m], quam dat herus, recte et servus dare dicitur heri sui[n] jussu et mandato, cum et Paulus[15] evangelium ‚suum' dicat, cum tamen sit Dei, et Christus doctrinam suam non suam dicat[16], atque majora facturum promittit[o] eum, qui credit[17], quam ipse fecerit, cum tamen ipse faciat in nobis omnia. Haec, inquam, diluere et consequentias tuas contra talia stabilire oportuit.

Cogor hic sistere calamum, nam cum ista interruptis vicibus scribere vix potuerim, tum aliis occupationibus impeditus[p], tum quod tertio[q] Torgam vocatus et in aulam profectus sum, et jam quarto vocatus sum[r]. Volo interim ista legi a te et videre institutam[s] responsionem, plura ubi rediero, et quam primum potero[t], responsurus[u].

Mart. Luther[v].

[a] viro ac fehlt 2; Venerabili viro ac fehlt 5. 6; die ganze Ueberſchrift fehlt 3. 4. — [b] ex fehlt 2. — [c] ipso 2. 5. 6. — [d] verbum 3. 4. — [e] ſt. ac vi: ne vix 3. — [f] et omni etc. fehlt 1. 5. 6. — [g] pergis 1. — [h] literas 2. — [i] mugire 5. 6. — [k] est fehlt 1. 5. 6. — [l] enitimur 4. — [m] absque nobis 3. — [n] † esse 4. — [o] rem fehlt 4. — [p] sed 1, daß häufig die Abkürzung für scil. mit sed auflöſt; sic 4, ebenfalls häufig für scil. — [q] esse fehlt 1. 5. 6. — [r] sunt 3. 4. — [s] demonstrarit 5. 6. — [t] Hoc est etc. fehlt 3. 4. — [u] † esse 3. 4. — [v] esse fehlt 3. 4. — [w] haerendum fehlt 1. 2. — [x] probaris 1. — [y] hoc 1. 5. 6. — [z] corporea 5. 6.

3. 40. [a] ſt. quom. poss.: possumusne 1. 5. 6. — [b] oportere 1. — [c] et 2. 5. 6. — [d] rem fehlt 4. — [e] facietis, cum conscientia haec 1. 5. 6. — [f] Hinc 1. — [g] quo 4. — [h] concluditur 3. 4. — [i] intelligenda 1. — [k] docere 1. 2. — [l] possitis 2. 3. 4. — [m] fortiter fehlt 1. 5. 6. — [n] tenetur 4. — [o] tum 3. — [p] audierint 3. — [q] haec 1. 5. 6. — [r] quae 4. — [s] omnem 2. 4. — [t] sive 1—6; Ueberſ.: darnach Quid rei, ohn Quid nominis, ſuchet. — [u] juncti 1. — [v] vel 3. 4. — [w] est 4. — [x] contemptu 4. — [y] ideo etc. fehlt 4. — [z] † hic 3.

3. 70. [a] Haec etc. fehlt 3. 5. 6. — [b] quo 5. 6. — [c] contemptu 5. — [d] me tibi non 5. 6. — [e] est fehlt 4. — [f] ex Joh. 6. (4, ſo auch Ueberſ.: aus dem 6. Cap. Joh.). — [g] locum fehlt 2. — [h] praesumat 4. — [i] contra fehlt 4. — [k] ſt. scil. locum: sic 4. — [l] argumentum 4. — [m] sive 4. — [n] † locorum 1.—[o] nequiter etc. fehlt 4. — [p] quoddam fehlt 5. 6. — [q] intelligis 5. 6. — [r] ita fehlt 3. 4. — [s] erit 1. 5. 6. — [t] transis etc. fehlt 5. 6. — [u] apprehendens supponis 4; praesupponens 5. 6. — [v] et incertum

Digitized by Google

etc. fehlt 1. — [w] vel 4. — [x] ſt. docuisses dicendo: debuisses indicare 3. 4. — [y] sacris fehlt 5. 6. — [z] dixisses 5. 6.

3. 121. [a] coenae fehlt 4. — [b] ambiguitatem inquam fehlt 3—6. — [c] multis 2. — [d] haec 2. — [e] ea 2. — [f] ibi fehlt 3. 4. — [g] esse fehlt 3. — [h] quod agendum non est etc. fehlt 5. 6. — [i] et non agis etc. fehlt 3. 4. — [k] Johannis 1. — [l] tantum fehlt 1. — [m] tantum fehlt 3. — [n] comedetur 3; comedatur 4. — [o] tu fehlt 4. — [p] Quo possim 4. — [q] Certo 3. — [r] ſt. illo: intellectu 4. — [s] nos fehlt 3. — [t] posse fehlt 4. — [u] dixeris fehlt 1. — [v] † in 4. — [w] et 4. — [x] † a Judaeis 1. 5. 6. — [y] posse 3. 4. — [z] itaque 1. 5. 6.

3. 162. [a] definita 2. 4. — [b] scilicet 4. — [c] † quia 2. — [d] quod 1; quo 4. — [e] discipulis 1. — [f] acceptatione 3. 4. — [g] tunc 3. — [h] Hoc est etc. fehlt 3. — [i] quo fit etc. fehlt 4. 5. 6. — [k] ut 5. 6. — [l] illa fehlt 1. 4. — [m] Dei 4. — [n] jactata 2. 4. — [o] te tamen 3. 4. — [p] ipse fehlt 1. — [q] et observes fehlt 1. — [r] laboras 1. — [s] tam fehlt 3. 4. — [t] perculsus 4. — [u] fregit fehlt 1. 5. 6. — [v] Domini 5. 6. — [w] † haec 1. 5. 6. — [x] loquentis aliquod fehlt 4. — [y] demonstrat 1; demonstrant 5. 6. — [z] rideat 3.

3. 196. [a] errorem 3. 4. — [b] dicentis 5. 6. — [c] quia 1. 5. — [d] significat fehlt 3; scripsit 4. — [e] quod 1. 4. — [f] et 2. — [g] id est fehlt 4. 5. 6. [h] qua 4. 5. 6. — [i] Ueberſ.: in eurem Büchlin oder Charten (mit dem Titel) Dedit. — [k] † suis 1. — [l] Jesus 2. 3. — [m] ubiubi 1. — [n] arripit 2. — [o] retinente . . . panem 4. 5. 6. — [p] sed fehlt 1. — [q] igitur fehlt 1. 4. 5. 6. — [r] intervallum ponis inter . . . appellationem, fingis . . . facti. Certe 1. 4. 5. 6. — [s] factum 4. 5. — [t] testatur 4. 5. 6. — [u] manet 5. 6. — [v] mutila 2; mutilis 5. 6. — [w] tua fehlt 4. — [x] in ipsa 4. — [y] tibi fehlt 2. 4. — [z] verbi 3. 4.

3. 242. [a] hoc fehlt 4. — [b] narratio fehlt 3. 4. — [c] istam 1. — [d] † actione 3. 4. — [e] nec designamus Deo 3. 4. — [f] instantiam 4. — [g] credere fehlt 1. — [h] instante 1. 5. 6. — [i] et fehlt 3. 4. — [k] voce fehlt 1. — [l] vel fehlt 5. 6. — [m] vixerit 3. 4 — [n] odiosis fehlt 1. 5. 6. (Ueberſ.: andern feindſeligen Wortzankern); hat Luther doch vielleicht otiosis geſchrieben? vgl. 3. 339. — [o] autem 4. — [p] est fehlt 1. 4. — [q] vel verba 4. — [r] trahis 4. — [s] praeterito, ohne temporis 4. — [t] imaginationem imaginari 3. 4. — [u] ipso fehlt 3. 4. — [v] quod 4. — [w] quo 3. — [x] ille fehlt 1. 4. 5. 6. — [y] communicatio 1. 5. 6. — [z] alia fehlt 2. 3. 4.

3. 301. [a] significent 5. 6. — [b] Quasi non et nos 1. 5. 6. — [c] novissemus 4. — [d] significat fehlt 3. — [e] aut 3. — [f] esse fehlt 1. 5. 6. — [h] negamus 3. 4. — [i] † Domini 1. 5. 6. — [k] quamquam 3. 4. — [l] ibi fehlt 3. 4. — [m] duae fehlt 3. 4. — [n] mensam 4. — [o] spiritualiter fehlt 3. 4. — [p] si est 4. — [q] † datio 3. 4. — [r] inquam fehlt 3. 4. — [s] quod 1; sed tu 3. 4. — [t] tua fehlt 1. 5. 6 — [u] Christum fehlt 3. 4. — [v] huc 2. — [w] et non vis 1. 5. 6; quod nolis 4. — [x] cedere 1. — [y] et literas fehlt 3. 4. — [z] producerem 4.

3. 334. [a] suis discipulis fehlt 4. — [b] possum 4. — [c] potius etc. fehlt 3—6. — [d] † sic 4. — [e] vellet 3. — [f] sic 4. — [g] quo 4. — [h] etiam fehlt 1. — [i] vernacula 2. — [k] verbum fehlt 3. 4. — [l] praesens fehlt 2. — [m] praesente 1. 2; praesentis 3. 4. — [n] astantis 3. 4. — [o] eloquentem 5. 6. — [p] urgimus 5. 6. — [q] narrantis 1. 4. 5. 6. — [r] sed 4. — [s] Evangelistae . . . narrant 4. — [t] tamen 3 (durch falſche Leſung der Abkürzung). 4. — [u] ante tempus praeteritum 1. 5. 6. — [v] scribere 2. — [w] possunt 3. 4. — [x] quod 3. — [y] † illum 5. 6. — [z] dat 5. 6.

3. 390. [a] aut fehlt 1. 3. 5. 6. — [b] Accipite fehlt 3. 4. — [c] sed Christus dicit: Hoc est corpus meum, et mandat 3. 4. — [d] argumentaris 3—6. — [e] Ueberſ.: ſo überflüſſig diſputiret, daß Chriſtus Leib von uns nicht gegeben werde. — [f] fuerat 1. 5. 6. — [g] † per 1. 5. 6. — baptismum 5. 6. — [i] et fehlt 3. 4. — [k] † potum 1. 5. 6. — [l] vestes 3. 4. — [m] dat 5. 6. — [n] nec 3. 4. — [o] hominem 3. 4. — [p] † et 2. — [q] Mariam 5. 6. — [r] Verum 5. 6. — [s] et 3. 4. — [t] nec Christum 5. 6. — [u] dedisset, ohne dicetur 3. 4. — [v] te fehlt 3. — [w] omnibus horis fehlt 3. — [x] † eam 4. — [y] impendere 3. 4. — [z] quam fehlt 3.

3. 429. [a] et 3. 4. — [b] quasi etc. fehlt 3. 4. — [c] iterum fehlt 3. 4. — [d] nach 4 (auch Ueberſ.: noch mich lehret), die andern: ne. — [e] discutias etc. fehlt 4. — [f] ego 4. — [g] consequentiam 4. — [h] desumptum 4. — [i] solum fehlt 4. — [k] hic 2. — [l] dicimus 4. — [m] elemosina 1. 2. — [n] suo 2. — [o] promittat 4. — [p] nam ista vix scribere potui, tum occupationibus

Digitized by Google

plurimis impeditus 3. 4. — [q] tertio fehlt 3. 4. — [r] et jam quarto etc. fehlt 3. 4. — [s] videre de istis tuam 4. — [t] potero fehlt 2. — [u] † Vale 3. 4. — [v] nur bei 2.

[1] Vgl. zu diesem Brief: Jäger, Carlst. 498. — Das Datum ergibt sich theils daraus, daß Carlst. an Brück, 12. Aug. 1528 (Nr. 1369) sagt, er habe eine Schrift, in der er seine Gründe für seine Abendmahlslehre zusammengestellt — die Luther in unserem Briefe widerlegt —, vor einem Jahre eingereicht; theils aus dem Schluß unseres Briefs, wornach Luther, während er mit dem Schreiben desselben befaßt war, zum drittenmal, und jetzt nach Vollendung zum viertenmal nach Torgau berufen worden sei (vgl. Nr. 1230). Daß die Einreihung des Briefs ins J. 1524 bei Aurif. falsch ist, ergibt sich schon daraus, daß Luther vom Kurf. Friedrich niemals nach Torgau berufen wurde.

[2] mungere, des Gleichklangs wegen mit pungere, für emungere; Ueberſ.: stöcken und blöcken.

[3] Ueberſ.: ihr beweiset denn, daß hie ein zweifelhaftige oder ungewisse Rede sei entweder von wegen der einzelnen Wort oder daß dieselben unrecht zusammengesetzt seien. — [4] vielmehr 3, 17.

[5] Ueberſ.: daß ihr ein Einzelnes in ein Alles verwandelt.

[6] Ueberſ.: vom Nu in der Dirmung. — Die kath. Lehre bei Thom. Aquin. Summa III. qu. 75, art. 3: Conversio perficitur per verba Christi, quae a sacerdote proferuntur, ita quod ultimum instans prolationis est primum instans, in quo est in sacramento corpus Christi etc. Noch ausführlicher behandelt diese Frage Gabriel Biel in IV. lib. dist. II. qu. 1. Lit. L.

[7] Joh. 10, 43. — [8] in dem noch nicht erschienenen ‚Bekenntniß vom AM. Christi' (Erl. 30, 350. 355), mit dessen Abfassung Luther damals beschäftigt war, vgl. Nr. 1227. — [9] Joh. 13.

[10] Wider die himml. Pr., Erl. 29, 234 ff. — [11] 2 Cor. 5, 20. — [12] Joh. 20, 22.

[13] in Jena am 22. Aug. 1524 durch den Goldgulden, den Luther Carlstadt gab, Erl. 64, 394.

[14] Ueberſ.: daß ihr nicht allein gemeine Sentenz setzet, sondern daß ihr die subsumpta und consequentias (das ist, was ihr unter den gemeinen Sentenzen begriffen meinet und was ihr daraus folgern wollet) wohl durchgründet und beweiset.

[15] Röm. 2, 16. — [16] Joh. 7, 16. — [17] Joh. 14, 12.

Digitized by Google

(Wittenberg.) Nr. 1232. 1. December 1527.

Luther an Kurfürst Johann von Sachsen.

Original: 1. Weim. Arch. Reg. Ll. pg. 161. Nr. 114. 1; — Druck: 2. Burkhardt, S. 124.

Gnad und Friede in Christo. Durchleuchtigister, hochgeborner Furst, gnädigster Herr! Magister Philippus hat mir von Ihene geschrieben, ich sollte Fleiß ankehren, E. c. f. G. einen Prediger gen der Newstad anzuzeigen, und nennet auch selbs Magister Augustinus Hymel[1] und achtet ihn tuchtig daselbs hin. Wo nu derselbige E. c. f. G. gefället, so bitte ich, E. c. f. G. wollt ihn daselbs hin verordenen, und die Schrift oder Briefe mit diesem Boten oder sonst her verschaffen lassen, denn es gar ein feiner, stiller, sittiger, gelehrter, frummer Mensch ist und bei uns zu Wittenberg wohl versucht und bekannt und itzt auf dem Schlosse allhie das Predigampt versorgt. Ich wollt ihn selbs itzt gen Torgaw geschickt haben, so ist er dieser Zeit hart verhaft und kann nicht abkommen, denn sein Weib krank liegt. Hiemit Gott befolhen, Amen. Sonntags nach Crispini 1527.

E. c. f. G. unterthäniger
Martinus Luther.

[1] Augustin (mit seinem Taufnamen Heinrich, vgl. Bindseil, colloq. lat. I, 13) Himmel (auch Hymmel, Hummel) aus Emmerich a. Rh., als Augustiner 1516 in Wittenberg inscribirt (vgl. Nr. 22[15]), kam 1521 wieder nach Köln, wo aber seine Vorlesungen inhibirt wurden; jetzt wieder in Wittenberg, von wo er auf vorstehende Empfehlung Luthers als Prediger nach Neustadt a. O., dann 1529 nach Colditz kam, und im September 1553 in Altenburg als Spalatins Nachfolger starb; vgl. Krafft in den Mitth. des Berg. Gsch.-V. VI, 254 und in den Theol. Arb. des rhein. Prediger-V. I, 11.

(Wittenberg.) Nr. 1233. 2. December 1527.

Luther an Kurfürst Johann von Sachsen.

Fürbitte für einen wegen eines Urtheils in Ehesachen gefangenen Pfarrers.

Digitized by Google

Gedruckt: Erl. 53, 413, Nr. 212 und den dort angef. Orten.

[1] Z. B. Pfarrherr zu N.] scheint der Pfarrer in Dieben (Düben) gewesen zu sein, von dem Manlius, loc. comm. Coll. p. 338 erzählt: Ante aliquot annos pastor in Dieben conjunxerat personas quasdam satis temere, et scripsit literas, in quibus expresse posuerat hanc sententiam: Ego, episcopus in Dieben, conjunxi has personas hoc tempore. Si quis petit hujus mei propositi rationem, veniat ad me in meum episcopatum, ubi ipse exponam meum in hac causa judicium. Illustrissimus Princeps collocavit eum in carcerem Torgae, et sic venit in ipsius episcopatum. Postea vero fuit pro eo deprecator.

Wittenberg. Nr. 1234. 5. December 1527.

Luther an den Rath zu Zerbst.

Antwort auf 29. September 1527.

Nach Weggang des Nic. Pinzelt verspricht Luther einen anderen Prediger zu senden.

Original im Rathsarchiv zu Zerbst; darnach gedruckt: Sintenis l. c. S. 30; Erl. 56, 172, Nr. 775; de Wette VI, 83.

Berlin. Nr. 1235. 7. December 1527.

Margaretha Blankenfeld[1] an Luther.

Beantwortet 7. Januar 1528.

Original: 1. Staatsarchiv in Marburg (daß dieser Brief wirklich im Original bei den Marburger Akten ist, vgl. Zimmermann l. c. 340); — Drucke: 2. Kolde, Analect. S. 92. — Wir geben den Text nach 2.

Deme hochgelahrten, wirdigen und achtbarn Herrn Martino Luther, der gottlichen Schrift Doctori, meinem gunstigen Gonner und Furderer.

Mein arms, sundiges Gebet kegen Gott sie Euer achtbar Wirden alle Zeit zuvoran. Hochgelahrter, wirdiger und achtbarer Herre! So Ihr mir denne geschrieben, habe ich Inhalts

vormerket, und vorstehe, Gottlob! nicht anders, denn daß die Person[2] alle ihre Begierde dahin gestellet und bittet Gott und läßt bitten, daß Gott von Himmel sie muchte wiederumbe an die Stelle zu ihrem Manne, so sie von Gotte vorordent, kommen muchte. Und will E. A. W. gebeten haben, so derjeningk[3], in E. Scriften vormeldet, screiben wolle, daß er niemand zu nach scriebe — ab Gott von Himmel die beide Personen wiederumbe in christlicher Ordenungk und Liebe muchten vorsammelt seine gottliche Gnade geben wollte; und darumbe den Allmächtigen neben den andern Menschen zu bitten keinen Sließ sparen will. Gott bfohlen! Datum Berlin ammhe Sonnabende nach Nicolai immhe XXVijten.

Margaretha, nachgelassen Wittwe
Thomas Blanckfeld.

Wirdiger Herre! E. A. W. wolle in solichem meine Antwort, ab es unformlich, kein Mißfallen tragen, denn ich abermals, Gotte Lob! in allen Dingen mit neuer Anfechtungk beladen bin meins Sohns des Bischofs[4] halben, wie E. A. W. wohl erfahren wird. Derhalben bittet Gott vor mich umb Geduld, denn er sieht alle unser Werke.

und das nicht ahn Ursach. Aber die Sachen und mein Gewissen zwingen mich, solchs zu wagen, und mocht gern gar unterthäniglich bitten, E. K. F. G. wollten mirs gnädiglich zu gut halten. Und zum ersten ist mirs, das weiß Gott, ja nicht lieb, sondern fast leid der Unrath, so E. K. F. G. itzt begegnet von Nickel von Mynckwicz[2] ꝛc. Aber, gnädigister Herr! ich besorge, das Geschrei sei von E. K. F. G. zu groß in Himmel kommen und unter andern furnehmlich das, so E. K. F. G. mit dem armen Gesellen Wolff Hornung handelt. Und mag sein, ich sei ein falscher Prophet, wollt Gott, ich wäre es auch in solchem Fall! aber ich besorge, sage ich noch eines[b], Wolff Hornung sei der Mann, der E. K. F. G. solchs zurichte, und Nickel von Mynkwitz muß gleich unwissend des armen Gesellen Diener und Werkzeug durch Gotts Ordenung sein. Demnach ist an E. K. F. G. mein gar herzlichs, unterthäniges Bitten, Flehen und Vermahnen, E. K. F. G. wollten sich doch dermaleins, wie es denn Zeit ist, anders kegen dem armen Gesellen erzeigen, auf daß dieß Spiel nicht ein Funk sei, dadurch Gott ein Feur anzuzunden gedächt wider E. K. F. G. Denn E. K. F. G. kann wohl bedenken, obgleich Wolff Hornung ein armer Gesell ist, der eim solchen mächtigen Fursten veracht ist, so ist doch das auch wiederumb wahr, daß, wo sich Gott will Wolff Hornung annehmen, wie er schon anfähet, so ist ein mächtiger Furst viel weniger fur Gott, denn Wolff Hornung fur eim Kurfursten zu Brandeburgk. Denn er spricht gar oft in der Schrift, daß er woll der armen Elenden Schutz, Richter und Vater sein, und wenn er anfähet zu heimsuchen die großen Hansen, so greist er freilich also drein, daß man muß sagen, das ist ein Herr, der nicht fragt nach aller Fürsten Trotz oder Puchen. Kompts nu, gnädigster Herr, daß Gott E. K. F. G. auch will heimsuchen, so ist der Anfang sehr stark, dafur sich E. K. F. G. wohl billig mag furchten und besorgen. So soll E. K. F. G. auch deß gewiß sein, daß wir arme Ketzer bisher nicht wider E. K. F. G. gebeten. Wo sie aber solche Vermahnung nicht wurden annehmen, noch sich vor solchem gottlichen An-

Digitized by Google

greifen furchten, müssen wir uns zwar sampt unserm ketzerischen Gott und Gebet verachten lassen; aber der Trotz wollen wir dennoch sein, so wir beginnen wider E. K. F. G. zu bitten, so soll unser Gebet erhoret werden, und E. K. F. G. deste[c] tiefer in Jammer kommen, wenn gleich ein Zäuberer und alle Zäuberer alle Teufel in einen Cirkel bezaubern kunnte[3]. Wir wollten aber lieber, E. K. F. G. schicket sich selbs drein, daß uns nicht noth, wider, sondern für E. K. F. G. zu bitten, denn uns freilich an E. K. F. G. Unglück kein Freude, aber an derselbigen Wohlfahrt große Freude wäre. E. K. F. G. wollten solch mein Schreiben als aus gutem Herzen geschehen gnädiglich vermerken, denn ich kanns ja nicht begreifen noch behalten in meinem Herzen, wie es muglich sein sollt, daß Gott länger leiden wurde, den armen Gesellen, von Weib, Kind, Eher, Haus und Hof verstoßen, in solchem Elend und Noth die Länge zu[d] lassen. Summa, gnädigster Herr! es ist zu viel. Zu viel zureißt den Sack, es kann so nicht gehn, stehen noch bleiben[e]. Gott muß dreinsehen. Will Dreinsehen nicht helfen, so muß Dreinschlahen helfen! Gott gebe, daß sich E. K. F. G. seliglich bedenke und bekehre, Amen. Zu Wittenberg am Tage nach Kiriaci[4] 1528.

E. K. F. G.

williger

Martinus Luther,

mit eigener Hand.

[a] furst 3. — [b] = einmal. — [c] iste 2. — [d] ‚zu' fehlt 2. — [e] bleyben 3; † wen 2. [= denn?]

[1] Als Katharina Hornung ohne Nachricht blieb (vgl. Nr. 1265[1]), schickte sie nochmals einen Boten nach Wittenberg zu Luther und ihrem Gatten, der sich auch zu einer Zusammenkunft mit ihr an der Grenze verstand. Aber auch diese Verabredung wurde dem Kurfürsten verrathen, so daß nichts daraus wurde. Am 1. März fand sie Gelegenheit, ein heimliches Schreiben an ihre Schwester Barbara, die Frau des Christian Döring in Wittenberg (vgl. Nr. 932[5]), zu richten, in welchem sie abermals um eine Zusammenkunft mit ihrem Gatten bat, auch am Schluß sich Luthern empfahl: ‚Ich bitt euch auch ganz freundlich, daß ihr den guten Herrn, den Docter Martinum wollt viel guter Nacht von meinetwegen sagen, und wollt ihm

Digitized by Google

sagen, also ich hab gehort, daß er viel Guts bei meim armen Mann gethan hat. Saget, daß er sich unbekummert lasse, es soll ihm, ab Gott will, wohl vergleicht werden; kann ich es mit meiner Armuth nicht vergleichen, so hoff ich, ab Gott will, so soll es ihm Gott in jener Welt wohl vergleichen.' Aber auch die weiteren Verhandlungen über eine Zusammenkunft blieben erfolglos, so daß Hornung schließlich sich auch an die kurfürstlichen Räthe um Hülfe bittend wandte. Diese stellten sich aber in ihrem Antwortschreiben vom 25. Juli gänzlich auf die Seite ihres Herrn: der Kurfürst werde die Frau nicht hindern, zu ihm zurückzukehren, an dem Mißlingen der Zusammenkünfte trage er selbst die Schuld ꝛc. Hornung richtete darauf am 8. August ein abermaliges Schreiben an die kurfürstlichen Räthe (vgl. die folgende Nr.), und auch Luther sah sich bewogen, an den Kurfürsten selbst die vorstehende ernste Ermahnung zu richten (Zimmermann, S. 322 ff.).

[2] vgl. Nr. 1357. 1359. — [3] Anspielung auf des Kurfürsten Liebhaberei für die sog. schwarze Kunst, die ihm das Volk zuschrieb; vgl. Droysen, Gsch. der preuß. Politik II, 2. S. 45; Zimmermann ad. h. l.

[4] Kolde löst dieses Datum mit 21. Juni, und auch Zimmermann S. 328 sieht in dem Schreiben der kurf. Räthe vom 25. Juli eine Antwort auf Hornungs Brief vom Tage Kiriaci. Aber 21. Juni ist Cyriacus et Apollonius martt., während Cyriacus ohne weitere Bezeichnung immer der 8. August ist (vgl. Weidenbach, Calendar. s. v.).

Wittenberg. Nr. 1366. 8. August 1528.

Wolf Hornung an die kurfürstlich-brandenburgischen Räthe.[1]

Gedruckt bei Zimmermann l. c. 325 (aus der Abschrift des Marburger Archivs).

Gnad und Fried durch Christum. Gestrenge, ehernveste[4], achtbar und hochgelahrte, gunstige Herrn! Euer Schreiben, an mich gethan[2], hab ich alles Inhalts vernommen. Und erstlich, das ihr anzeigt, ich hätte sollen eueren gn. Herrn des Kurfürsten mit meiner lugenhaftigen Schrift billig verschonen, und was ich darinnen S. K. S. G. auflege, das hätt ich erdicht und luge S. K. S. G. an nicht als ein frummer Mann, sage ich, daß ich nichts gelogen oder erdichtet habe, weiß auch solchs alles mit gnugsamer Beweisung, S. K. S. G. auch wohl

wissend, beizubringen; und wer mich also unverurtheilt, unuberwunden einen Lugener und unfrummen Mann schilt, der leuget selbs als nicht ein bieder, frummer Mann, er sei wer er wolle; deß erbiete ich mich zu Ehre und Recht.

Zum andern, daß ihr aus S. K. S. G. Befelh anzeigt, wie ich mein Weib sollt boslich haben ermorden wollen[a], daß die Narben an ihrem Leibe noch Beweisung geben sollen, und was der vergeblichen Wort, meine Sache zu verderben und ihre Sache zu schmucken, mehr klappern, sage ich, daß ich ihr Mann und sie mein Weib ist gewest, der ich mächtig, dazu Zug und Recht hatte zu strafen; aber wie man spricht: das Kind kann wohl sagen, daß es gesteupt sei, aber womit es verdient hab, das kanns wohl schweigen. Gar fein kann man aufblasen, wie ich gestraft habe, aber noch[b] feiner schweigen, was sie mir für Ursach geben hot. Und da euer gn. Herr und ihr dieß Stücklein kunntet in der Leder oder Maul behalten, hätt es fein gestanden, jenes auch in der Ledern bleiben lassen oder beides erausagen und auf beide Suß treten, nicht auf Einem Bein also hinken; man mocht sonst zu grob merken.

Zum dritten, daß S. K. S. G. mir nicht geständig, daß sie etwas an mir oder meiner Hausfrauen Gewaltigs oder Thätlichs furgenommen[c] oder gehandelt haben, sage ich, daß solchs, ab Gott will, soll fur aller Welt wohl klar und helle werden, wenn ich die Sache an Tag bringen werde; denn was will man da mit nichtigen Worten viel Leuckens furgeben? hie hab ich S. K. S. G. Handschrift, der ich euch hiemit ein Abschrift uberschicke, wie ich denn S. K. S. G. uff ein Zeit einen Brief geschrieben und zugeschickt hab, daraus ihr nicht allein vernehmen, sondern auch greifen mugt, wer ein Lugener und unbieder Mann sei, und ob E[uer] G[näd.] H[errn] nichts Thätliches oder Unehrlichs an meinem Weibe gehandelt habe. Aber ich merk, daß E. Ch. Gn. nicht genug daran hat, daß man davon lese und schreibe, ihr wollt auch horen singen und sagen. Wohlan, jucken denn die Ohren so fast, so sollen sie, ob Gott will, damit gekrauet werden, und ich werde mich nicht kehren an S. K. S. G. Drauen oder Pochen. Denn S. K. S. G. wird mir Gott Lob! nicht mehr thun konnen, denn was recht ist. Gewalt wirds nicht alles ausfuhren. So will ich auch noch wohl Leute finden, die mir meine Sache

Digitized by Google

und S. K. S. G. Handschrift sollen auspitzen und ausnuthen, daß jdermann sehen soll, wie billig mir angemuthet wird in solcher trefflicher Noth meiner Sachen, S. K. S. G. unbemuhet zu lassen. Zudem ist vorhanden die lebendige Kundschaft, nämlich der Sohn Joachim, welchen S. K. S. G. mit meinem Weibe gezeuget hat; und uber das greift S. K. S. G. meine Behausung an, bricht, bauet, fuget ein Gemach ins ander nach S. K. S. G. Gefallen. Ob das auf neue deutsche Sprache und Recht heiße: nichts Thätlichs gehandelt an mir und meinem Weibe, das soll nicht Marggraf Joachim oder seine Räthe, sondern, ob Gott will, Sonn und Sterne, Stein und Holz sagen und horen.

Zum letzten, weil S. K. S. G. in andern Briefen bekennet, sie wissen mich nichts zu zeihen, und in dieser euer Schrift sich vernehmen lassen, S. K. S. G. wolle es nicht hindern, wo ichs von meiner Frauen erlangen kann, daß sie zu mir sich wende, so ist mein frundlich Bitte an euch, wollt bei S. K. S. G. nochmals anhalten, daß S. K. S. G. solchen seinen eigen Worten wollten Folge thun und halten, was sie sagen, nämlich mein Weib nicht hindern, sondern sie lassen sich zu mir wenden, sonderlich weil S. K. S. G. keinen andern Behelf nicht hot, denn den Vertrag[4], welchs doch S. K. S. G. wohl weiß, zu waserlei Schein mir derselbige unwahrhaftig beibracht, welchs sich hernachmals auch so erfunden, welchen ich auch unkräftig acht und halt, kann auch mit S. K. S. G. Schreiben beweisen, daß derselbige untuchtig und nicht bundig, welchs langk wurde auszustreichen; will mans aber je haben, so soll er nach Nothdorft unkräftig beweiset werden. So ist auch S. K. S. G. ahn das aus furstlichem Ampt und Pflicht schuldig, Weib und Mann zusammentreiben und halten[5], und welchs Theil schuldig und nicht wollt, ernstlich zu strafen, wie dann sonst alle Recht, auch Exempel aller Fursten geben, daß ob sich der Mann allein verschuldet, als ich mich, ob Gott will, nicht verschuldt hab, das Weib dennach auch hinnach zu ihm getrieben wird; wo nicht, so werde ich aufs neu daraus merken, daß S. K. S. G. nicht allein ihr furstlich Ampt an meinem Weib lassen anstehen, sondern auch abermal frevelich an ihr und mir handeln, als der solche Person hindert und fähet, die doch frei ist, und die er sollte zu ihrem Manne

Digitized by Google

treiben. Sinds nicht eitel lose Wort, die ihr mir in dem Stuck zugeschrieben habet aus S. K. S. G. Befelh, so werdet ihr euch wohl wissen fur mich gegen S. K. S. G. zu beweisen, daß ich mein Weib kriege und mir darneben auch Wiederstattung geschehe deß, das ich wider die Billigkeit erlitten. Sinds aber eitel Wort, so werden sie mir dienen, das Liedlein dester großer zu machen und zu beweisen, was Wolff Hornung fur ein Lugener und Bube sei. Solchs meiner Nothdorft Schreiben bitt ich, wollet aufs beste vernehmen und denken, daß euer Bitte, daß ich schweigen sollt, mir gar unleidlich ist zu erhoren. Es gilt nicht Schweigens, weil man mir die Burde uff den Hals will legen, sonder mehr Redens und Schreibens, denn es ihn gegolten hot. Begehr hieruff endlich euer zuverlessig Antwort. Geben zu Wittemberg am Tage Kiriaci 1528[6].

Wolff Hornung.

[a] eher vnfeste (Z.). — [b] nach (Z.). — [c] sugenommen (Z.).

[1] Wir haben diesen Brief aufgenommen, weil derselbe, wenn auch vielleicht nicht gerade von Luther verfaßt, doch zweifellos unter seinem Einfluß geschrieben ist. Zimmermann l. c. 327 bemerkt, daß ‚dieses Schriftstück sich von allen früheren und späteren Hornungs in so merklicher Weise unterscheide, daß unwillkürlich der Gedanke aufsteigt, es sei nicht aus seiner Feder geflossen. Sonst ist seine Haltung, wenn auch Drohungen mit unterlaufen, niemals ganz frei von einer gewissen Demuth und Unterwürfigkeit, seine Sprache schlicht und einfältig gegenüber der festen Entschiedenheit des Auftretens, der gewaltigen Wucht und Schlagfertigkeit der Rede, wie sie dieses Schreiben offenbart. Wir irren wohl nicht, wenn wir wenigstens einen bedeutenden Theil an der Abfassung desselben keinem Geringeren als Luther zuweisen. In dieser Annahme werden wir noch durch die Thatsache bestärkt, daß Luther in seinem Brief an den Kurfürsten eine ganz ähnliche Tonart anschlägt.'

[2] vom 25. Juli, vgl. Nr. 1365[1]. — [3] vgl. Nr. 1235[1].

[4] die am 22. März 1525 geschworene Urphede (vgl. Nr. 1235[1]), worin Hornung sich verpflichtete (Zimmerm. 314): ‚daß ich nummermehr, dieweil ich lebe, obgenennte meine eheliche Hausfrau wider mit noch ahne Recht, in kein Weis umb nichts will ansprechen, noch ihrer annehmen, bei ihr wohnen noch sein, sunder mich ganz und gar ihrer äußern, entschlagen und verzeihen' ꝛc.

[5] ähnlich Luther an den Kurf. am 5. Oktober. — [6] Ueber das Datum vgl. Nr. 1365[4].

Digitized by Google

Leipzig. Nr. 1367. 10. Auguſt 1528.

M. Johann Haſenberg an Luther.

Erſte Drucke: **1.** M. IOHAN- | NIS HASENBERGII, EPISTOLA, | Martino Ludero, & ſuę parum legitimę vxo- | ri, Catharinæ a Bhor, Chriſtiano prorſus | animo, ſcripta, In hoc, vt aut, vel, tandem, cū | prodigo filio reſipiſcant, ac ad pœnitentiā, | cœnobiorūq3 Sanctimoniam rede- | ant, aut certe Luderus Nonnam | ſuo ſponſo Chriſto, matriq3 | Eccleſiæ, poſtliminio | reponat. || M. D. xxviij. — s. l. (Leipzig, bei V. Schumann). — 1½ Bg. in 4. m. Titeleinf.

2. Czwen ſend | brieffe, Latein vñ deu- | tzſch dem Lutther vnd | ſeynem vormeynthem ehelichem | Weybe Kethen von Bhore | ſampt einem geſchenck, | freundtlicher mey- | nung tzuuorſer- | tiget, Anno. | 1. 5. 28. — Am Schluß: Gedruckt zu Leyptzick durch Valten | Schumañ. des Jars. D. M. xxviij. — 20 Bl., letzte Seite leer, in 4. m. Titeleinf. — Unſer Brief ſteht Bl. Aij.—A6ª (Bl. A6ᵇ leer).

Wir geben den Text nach 1, nebſt den Varianten von 2.

[1]***M. Joannes Hasenbergius*[2] *Bohemus Martino Ludero, publicae et pacis et pietatis perturbatori.***

Quousque tandem, apostata omnium insaniss[ime] libidinosissimeque, doctissimorum hominum, illustriss[imorum] Germaniae Principum, augustissimi Caesaris, sanctissimi Christi Vicarii, ecclesiae columnae et firmamenti veritatis[3]*, breviter Dei Opti[mi] Maxi[mi] patientia, lenitate spiritus, ipsaque mansuetudinis tollerantia abusurus es? Contemnisne*[4] *an plane ignoras bonitatem inenarribilemque illorum omnium humanitatem clementiamque te miserorum omnium homuncionem miserrimum ad poenitentiam solam invitare? Nescis, prorsus tui oblite miser, nescis, furorem tandem fieri, ubi saepe totiesque laesa fiat vel Jobiana patientia? Quae obsecro (malum) tua haec est vel superbia vel importunitas vel in universum omnes mordacissima maledicentissimaque dicacitas? Jam (si satis commemini) totum est decennium, postquam in omni turpitudinis adeoque haereseos genere non vixisti, sed in Wittenbergensium haereticis sepulchretis computruisti, gravius foetidiusque ipso quadriduano Lazaro*[5]*. Quum tamen gravissimi, potentissimi ac christianissimi proceres, imo etiam ipse e coelo Opt[imus]*

Digitized by Google

Max[imus] Deus quottidie ad aurem tuam ingenti clamore personet: Ludere, surge! Ludere, veni foras! Ludere, desine istam tuam Wittenbergensium pestilentiae cathedram[6]*! Ludere, fuge (quantum potes) inquinatissimam istam vitae tuae fabulam, Sodoma Gomorraque*[7] *pestilentiorem! Sed heu te infinitis modis deplorandum, qui totus, quantusquantus es, ista tua insolenti surditate ad illa omnia adeo obtorpescas ac obsurdescas, ut nihil*[a] *prorsus jam audias*[b]*, quando tam strenue*[c] *ac tam fortiter peccas, et quod ait Psaltes*[8]*, assumpta semel fronte meretricia gloriaris in malitia, potens in iniquitate; vel sicuti Solomon*[d]*: Gloriaris (inquit*[9]*), cum male feceris et exultas in rebus pessimis, velutque Judas*[10] *in catholica dicit*[e]*: Abis in viam Cayn, effusus mercede in errorem Balaam ac in contradictionem Chore*[11]*, tua solius sponte vis prorsus deperire*[f]*. An tu es iste impius, de quo Solomon*[12] *scribit: Impius cum in profundum malorum pervenerit, contemnit? An is, de quo Moses in cantico suo*[13]*: Incrassatus est dilectus, et recalcitravit incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, et recessit a Deo salutari suo? An iste es, quem David*[14] *dicit opertum iniquitate et superbia sua, ut qui transierit in affectum cordis sui, et posuerit in coelum os suum et lingua sua transivit in terra? An denique ex hoc grege, de quo lamentabiliter magnus ille Christi scriba Paulus*[15] *loquitur: Tradidit eos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea, quae non conveniant? O te plus quam infoelicissimis infoeliciorem! O terque quaterque deperditum, si is es! Te autem prorsus hunc ipsissimum esse, quotusquisque vel in coelo, vel in terra, vel apud inferos est, qui addubitet? Siquidem (statim ubi te Cacodaemon, aut si mavis Daemonium meridianum*[16] *sua sive phrenesi sive haeresi adflavit) adeo te cum tuis Gigantum fraterculis, quasi Catilinaria conjuratione, adversus omnes bonos, adversus universam Dei ecclesiam obfirmasti, ut te neque doctissimorum hominum scripta, neque sanctissimorum virorum piissima exempla, neque alicujus magistratus potentatusque rigor, neque denique ecclesiae magnum illud excommunicandi fulmen*

Digitized by Google

vel tantillum permovit. Qantumvis enim pulchre, quantumvis docte, quantumvis pie, candide, placide, opportuneque in spiritus mansuetudine[17] *et importune*[18] *in virga ferrea*[19], *cum per Caesaream majestatem, tum maxime per sanctissimi Patris apostolicam auctoritatem monitus sis, tamen in summa omnia una eademque stoliditatis temeritatisque tuae opera respuisti*[20] *et vel ad maximum illusisti. Quasi tu solus omnium sies magister in Israel*[21], *quasi solus Solomone aut Daniele prudentior, quasi solus clavem David*[22] *ad universam Christi bibliothecam, pro tuo solius jure tractandam retractandamque haberes. O confidentiam plus quam vel Phormianam*[23] *vel Luciperianam! Sed quid ego de hominibus loquor, te hominem desperantissimum eos non audivisse, cum in singulas horas servatorem Jesum Christum cum Deo patre coelitus vociferantem nec audias neque magnifacias*[24]*? Vociferantem, inquam, per omnem scripturam, inprimis autem prophetas Oseam*[g][25], *Zachariam*[26], *Ezechielem*[27], *Hieremiam*[28]*: Convertere, Ludere! Ludere, revertere! fac poenitentiam, Ludere! Ludere, veni! fac tibi novum cor, fac novum spiritum, Ludere! Ludere, convertere, revertere, veni! nolo mortem peccatoris! Veni, inquam, Ludere, foras! convertar ad te, non recordabor omnium peccatorum tuorum, salvus eris! At tu, homo omnium hominum inhonoratissime, quam pervicacissimeque ad has tam pias, tam paternas, tam sanctas voces tuas aures omnino obduras, simillimas aspidi surdae, quae studio obstruit aures, ne audiat vocem incantantis sapienter*[29]. *Sed heu te surdissimum, heu vere peccatorem longe gravissimum, ut qui ferreis peccatorum catenis adeo sis constrictus, ut neminem plane audias. Sed hui! quae (inquies) haec est naenia? Ego tantum abest ut peccator sim, ut etiam apud Germanos meos titulum viri sanctissimi, praeconis evangelii, ecclesiastis ac prophetae Dei demeruerim. Audio. Verum tu, Ludere, homo apostata, haeretice, Picharde, superbe, scortator, livide, cholerice*[h], *hominum deorumque spretor, peccator non es*[30]*? Ecquis, obsecro te, primum saluberrimas ecclesiae indulgentias infamavit? Luderus. Quis ecclesiae, sponsae Dei omnium*

Digitized by Google

pulcherrimae, imo reginae formosae, aureis ornatae vestibus varietatibusque circumdatae[31], *ceremonias, venustissima ornamenta expilare attentavit? Luderus. Quis patres ecclesiae eruditissimos itemque sanctissimos de ponte (quod ajunt) dejicere crimineque falsi ac erroris conspurcare pedibus manibusque obnixe molitus est? Luderus. Quis conciliorum fortissimum robur ac indubitata placita, a Spiritu sancto ecclesiae inspirata, labefactare nixus est? Luderus. Quis age unicum illud nostrae salutis et praesidium et margaritum, sacram nempe scripturam, atque rectissima sensa et a mille quingentis annis quasi aurea quadam catena concordissime colligatas exegeses, ut simplicissimas ita et verissimas, tot rancidis glossis, tot putidis scholiis, tot absurdissimis commentariis, tot subdolis fraudulentisque enarrationibus, tot vertiginosis spiritibus, tot tragicis sanguinariisque concionibus subvertit, conspurcavit (et salvo honore dixerim) concacavit? Luderus. Quis Academias omnes Moloch idolo*[32] *lupanaribusque comparavit, et per hoc*[i] *mores integerrimorum juvenum corrupit, studiaque honestissima ex florentissimo statu in tristissimam et miserrimam conditionem abjecit? Luderus. Quis Wittenbergam*[k] *(de Cayna progenie loquor, non bonis viris, qui non parum multi, etiam isthic, ut muri aenei constanter durant) publicorum omnium scortatorum, furum, latronum, apostatarum, quasi aut publicos*[l] *Gyaros*[33] *aut certe scelerum omnium asylum fecit? Luderus. Quis parochias, coenobia, abbatias, episcopatus, templa ferme omnia, ad honorem Dei per sanctos patres jampridem instituta, omnibus lenociniis, clenodiis, argento, auro gemmisque barbarissimo sacrilegio*[34], *perinde ut quidem vel Dionysius, vel Nabuchodonosor, vel Balthasar*[35], *vel Antiochus*[36] *impiissime exspoliare expilareque edocuit? Luderus. Quis sacrosancta sacramenta, unica ecclesiae pignora, monilia mnemosynaque, tam atrociter, tam hostiliter et tam crudeliter prophanavit diminuitque, ut apud quosdam ex septem vix unum, et hoc in controversia positum remaneat? Luderus. Quis vota illa sacerdotum, monachorum nonnarumque piissima nullisque saeculis solvenda apud plerosque om-*

Digitized by Google

neis rupit, confregit aut certe confringere est conatus? Luderus. Quis liberi arbitrii facultatem, sanctissima opera, inconcussam fidei professionem, virginitatis gemmas, quovis sole clarius in ecclesia resplendescentes, obfuscavit? Luderus. Quis omnes in summa sanctos eorumque imagines non solum e terra, verum etiam ex ipso coelo delere et explodere voluit, depraedicans crepantibus typho buccis: solum Deum venerandum, solum Deum esse in coelo, aliosque sanctos in nescio quo Democritico mundo habitare? Luderus. Et ut simul omnia comprehendam: Quis omnia sacra prophanaque sursum ac deorsum jactavit? quis coelum (quod ajunt) terrae insania, rabie bellicisque seditionibus, tumultibus et tragoediis commiscuit, nisi solus Luderus? Verum enimvero quis, per deos immortales! Luderi crimina, scelera in optimos quosque ex plaustro (ut dicunt) deblaterata convicia, ac in deos omnes ipsamque Dei amantissimam matrem Mariam tota blasphemiarum plaustra enumerare potest? Nullus, hercle! nullus, ac ne Luderus quidem ipse, etiamsi adessent homini linguae centum oraque centum et ferrea vox etc. Imo citius Aphricanas harenas octavaeque sphaerae stellas connumeraris, quam Luderi concatenatas malitias infinitaque virulentissima venena et insidiosissima philtra vel leviter attigeris. Jamne tandem sentis, homo peccator homoque flagitiosissime! jamne sentis, quae sit passim omnium christianorum querela frontis, confidentiae atque adeo libidinis tuae? Porro tam clara sunt omnibus ac conspicua immanissima tua flagitia et scelera, ut nulla prorsum egeant vel ostensione vel probandi ratione. Peccasti enim in oculis omnium christianorum, peccasti privatim, peccasti publice, peccasti ad nauseam ac vomitum usque. Et cum in plurimis gravissime peccasti, tum maxime in hac parte, quod monachus apostata tantum non Priapo salacior, cum monacha quavis Venere libidinosiore, et perdius et pernox scortaris libidinarisque, perinde ut equus et mulus, quibus non est intellectus[87]. *Insuper*[m] *vero in tam amplissimam peccandi abyssum scriptorum tuorum concio-*
mque quasi quodam classico miserum mechanicorum[n]

monachorum et indoctis[simorum] sacrificulorum vulgus hodie advocas, raptas[o], *dementas, plerosque etiam malae cruci, rotis, aquae, igni ac ipsi Plutoni, perinde ut exitialiter devotas mactationi beluas et victimas comparas destinasque. Proh hominem carnificem, proh truculentissimum animicidam! Porro si qua tuo corpori mica salis esset, intelligeres, homo capitosissime! quid ita propheta*[38] *peccatum plumbum vocet, nempe quod te cum tuis sceleratissimis apostatis ad inferorum baratrum gravitate sua depresserit deturbaritque, adeo ut abyssus abyssum provocet*[39]. *Maximum erat Christo suscitare Lazarum quadriduanum, ut qui illachrimatus infremuit, sustulit oculos in coelum precabundus, voce magna inclamavit: Lazare, veni foras! Sed, me hercule! multo magis est facinus, te millies haereticum, mille mille seducendi artibus instructissimum, superbia ac invidia in ecclesiae proceres excaecatissimum, omnium christianorum calculo damnatissimum, super quo jam dudum in universa ecclesia conclamatum est*[p], *cadavere tuarum concionum ac scripturarum putidissimo foetidissimoque, jam toto decennio ex Wittenberga tanquam ex aliquo sepulchro graveolentissimo, in omnes christianitatis partes foetentem sordescentemque*[q], *ac tuam illam memphiticam pestilentissimamque gravissimae haereseos virulentiam, quibusquibus possis inhalantem*[r] — *majus, inquam, est facinus, te exsuscitare quam sexcentos Lazaros; nimirum, quod peccasti peccato, quod est ad mortem*[40], *quodque plane iste sis, de quo sensit Hieremias*[41], *cum ait: Nolite flere mortuum, neque lugeatis super eum, ut, qui sordet, sordescat magis*[42]. *Dii immortales! quantum omnes pii, quantum viri facile doctissimi, quantum ecclesia mater clementissima, quantumque primates ecclesiae, viri amplissimi, conatus, precum, artium, laborum vel*[s] *Herculanorum, lucubrationum, minarum, violentissimarum admonitionum in te uno exhausere? Sed omnia nequicquam surdo dicta scriptaque omnia. Taceo, quot modis te tua conscientia mille testes, quoties divina gratia tetigit submonuitque, utque ante ostium steterit et pulsarit*[43], *cupiens te velut gallina sub alas suas attrahere*[44]. *Verum*

Digitized by Google

neis rupit, confregit aut certe confringere est conatus? Luderus. Quis liberi arbitrii facultatem, sanctissima opera, inconcussam fidei professionem, virginitatis gemmas, quovis sole clarius in ecclesia resplendescentes, obfuscavit? Luderus. Quis omnes in summa sanctos eorumque imagines non solum e terra, verum etiam ex ipso coelo delere et explodere voluit, depraedicans crepantibus typho buccis: solum Deum venerandum, solum Deum esse in coelo, aliosque sanctos in nescio quo Democritico mundo habitare? Luderus. Et ut simul omnia comprehendam: Quis omnia sacra prophanaque sursum ac deorsum jactavit? quis coelum (quod ajunt) terrae insania, rabie bellicisque seditionibus, tumultibus et tragoediis commiscuit, nisi solus Luderus? Verum enimvero quis, per deos immortales! Luderi crimina, scelera in optimos quosque ex plaustro (ut dicunt) deblaterata convicia, ac in deos omnes ipsamque Dei amantissimam matrem Mariam tota blasphemiarum plaustra enumerare potest? Nullus, hercle! nullus, ac ne Luderus quidem ipse, etiamsi adessent homini linguae centum oraque centum et ferrea vox etc. Imo citius Aphricanas harenas octavaeque sphaerae stellas connumeraris, quam Luderi concatenatas malitias infinitaque virulentissima venena et insidiosissima philtra vel leviter attigeris. Jamne tandem sentis, homo peccator homoque flagitiosissime! jamne sentis, quae sit passim omnium christianorum querela frontis, confidentiae atque adeo libidinis tuae? Porro tam clara sunt omnibus ac conspicua immanissima tua flagitia et scelera, ut nulla prorsum egeant vel ostensione vel probandi ratione. Peccasti enim in oculis omnium christianorum, peccasti privatim, peccasti publice, peccasti ad nauseam ac vomitum usque. Et cum in plurimis gravissime peccasti, tum maxime in hac parte, quod monachus apostata tantum non Priapo salacior, cum monacha quavis Venere libidinosiore, et perdius et pernox scortaris libidinarisque, perinde ut equus et mulus, quibus non est intellectus[37]. *Insuper*[m] *vero in tam amplissimam peccandi abyssum scriptorum tuorum concio-*
·mque quasi quodam classico miserum mechanicorum[n]

Digitized by Google

monachorum et indoctis[simorum] sacrificulorum vulgus hodie advocas, raptas[o], *dementas, plerosque etiam malae cruci, rotis, aquae, igni ac ipsi Plutoni, perinde ut exitialiter devotas mactationi beluas et victimas comparas destinasque. Proh hominem carnificem, proh truculentissimum animicidam! Porro si qua tuo corpori mica salis esset, intelligeres, homo capitosissime! quid ita propheta*[38] *peccatum plumbum vocet, nempe quod te cum tuis sceleratissimis apostatis ad inferorum baratrum gravitate sua depresserit deturbaritque, adeo ut abyssus abyssum provocet*[39]. *Maximum erat Christo suscitare Lazarum quadriduanum, ut qui illachrimatus infremuit, sustulit oculos in coelum precabundus, voce magna inclamavit: Lazare, veni foras! Sed, me hercule! multo magis est facinus, te millies haereticum, mille mille seducendi artibus instructissimum, superbia ac invidia in ecclesiae proceres excaecatissimum, omnium christianorum calculo damnatissimum, super quo jam dudum in universa ecclesia conclamatum est*[p], *cadavere tuarum concionum ac scripturarum putidissimo foetidissimoque, jam toto decennio ex Wittenberga tanquam ex aliquo sepulchro graveolentissimo, in omnes christianitatis partes foetentem sordescentemque*[q], *ac tuam illam memphiticam pestilentissimamque gravissimae haereseos virulentiam, quibusquibus possis inhalantem*[r] — *majus, inquam, est facinus, te exsuscitare quam sexcentos Lazaros; nimirum, quod peccasti peccato, quod est ad mortem*[40], *quodque plane iste sis, de quo sensit Hieremias*[41], *cum ait: Nolite flere mortuum, neque lugeatis super eum, ut, qui sordet, sordescat magis*[42]. *Dii immortales! quantum omnes pii, quantum viri facile doctissimi, quantum ecclesia mater clementissima, quantumque primates ecclesiae, viri amplissimi, conatus, precum, artium, laborum vel*[s] *Herculanorum, lucubrationum, minarum, violentissimarum admonitionum in te uno exhausere? Sed omnia nequicquam surdo dicta scriptaque omnia. Taceo, quot modis te tua conscientia mille testes, quoties divina gratia tetigit submonuitque, utque ante ostium steterit et pulsarit*[43], *cupiens te velut gallina sub alas suas attrahere*[44]. *Verum*

Digitized by Google

quantum illa apud te promoverit, quottidiana vitae tuae actio abunde satis declarat. Profecto nulla fera est tan immanis, quae non mansuescat officiis hominum, et tu tam inaudita Dei munificentia provocatus, magis etiam ferocis in illum, nolens captivare intellectum ad obsequium[45] *ecclesiae Dei, nolens sapere ad sobrietatem*[46]*. Atqui nulla res est tam dura, quae non mollescat arte hominum: siquidem cornu infusa cera lentescit, aera liquescunt fornace, ferrum igni emollescit, adamantis invicta duricies hircino cruore domatur*[47]*, et, o cor haereticum, plus quam corneum, plus quam aereum, plus quam ferreum, plus quam adamantinum, quod nec ignis Gehennae, nec Caesareae Majestatis gratia clementiaque, nec Patris lenissimi indulgentia, nec agni immaculati effusus purpureus cruor emollit, imo quod his omnibus fit*[l] *rigidius. Ecquid aliud, furiosissime Ludere, facis, quam quod secundum duriciem tuam et impoenitens cor thesaurizas tibi iram in die irae et revelationis justi judicii Dei*[48]*? I nunc, mi Ludere, et te tuasque virtutes jacta! I, bone vir, et te sanctulum (si diis placet) virum clama! I, festivum caput, et tuas egregias (scilicet) victorias ebuccina, tolle trophaea, age triumphos tuae impietatis! Vicisti, miser, vicisti et homines et deos tua durissima et opiniosissima doctrina! Macte hac tua superbia, protervitate pervicacitateque adamantina! Sic, sic itur ad astra*[49] *Luciperiana regna! Itaque quid aliud restat, quam ut te quoque desperatio, si non jam dudum deglutivit, absorbeat? Quare placeat tibi insipientis Epicuri sententia, dicque eam in corde tuo: Non est Deus*[50]*, nec curat res mortalium; placeat Cayn cantilena*[51]*: Majus est peccatum meum, quam ut veniam merear; placeat Pharaonis vox*[52]*: Non novi Dominum nec dimitto populum; placeat Judae epiphonema*[53]*: Peccavi prodito innoxio sanguine! Proinde cum illuc rerum venisti, mi Ludere, non est, quod te jejuniis multis conficias. Noli contristari secundum Deum ad poenitentiam*[54]*; verum advocatis tuis novis diis, Baccho, Venere, Marte, Priapo, Futina, Potina, Subigo*[55]*, Hymenaeo, dic animae tuae*[56]*: Anima mea lepidissima, habes hic in mundo multa bona, requiesce,*

Digitized by Google

bibe, comede, et ut Hieremias[57] *scribit: Bibe et inebriare et vome et cade, animula mea; addam ego: voluptuare, scortare, sacrilegia exerce et deos et homines fortiter contemne cum nonna tua pulchella, post mortem nulla, nulla tibi voluptas, si quid credis Sardanapalo. Quid vis amplius, Ludere? Sed heus! Epicure ac Sardanapale, audi et reliqua in Luca et Hieremia respice! Lucas enim addit*[58]*: Stulte! hac nocte animam tuam repetent abs te! et Hieremias*[59]*: Neque surgatis a facie gladii, quem ego mittam inter vos! Itaque, ut uno verbo quod sentio plane dicam: Quantum fueris in deliciis, tantum dabitur et tibi tormenti*[60]*, ut plane pro mensura delictorum sit plagarum modus*[61]*. Hoc tibi ex bibliaco tripode ac Delphico oraculo dictum puta.*

Sed scis, quid tandem abs te vel velim vel scriptis efflagitem. Hoc nimirum unum, ut (cum ipse totus deploratus Gehennaeque devotus sis) miserrimae tuae concubinae miserearis, ac copiam legendi Ambrosiani libelli verae Ambrosiae ‚Ad virginem vestalem corruptam et ad corruptorem nepharium' inscripti[u 62] *facias, quem M. Joachimus Myricianus*[63] *adolescens, ut humanissimus ita neutiquam indoctissimus, in ejus et gratiam et salutem pio*[v] *admodum animo*[w] *e Latino in Germanicum transfudit, ut ne mulier mollissima tuaeque Veneris ex Christi sacrario facta cloaca obscoenissima, una tecum in ignem aeternum*[64]*, adeoque, ut Joannes*[65] *dicit, in stagnum ignis ardens sulphure descendat, quod est paratum diabolo et angelis Luderanis ad perpetuos fletus et stridores dentium*[66]*. Itaque miserere nonnae, miserere concubinae tuae, miserere liberorum, miserere carnis et sanguinis tui! Restitue eam in locum coenobii ac poenitentiae, unde sese parum cauta ad tuam libidinem turpissime dedit; restitue et quantulaecunque castitati et voto sanctissimo, ex quibus eam fraudulentissima horum locorum interpretatione per carnis lasciviam ad Venereas voluptates blandiloquentissime illexisti. Restitue agedum eam matri ecclesiae clementissimae, restitue, sodes mi Ludere, omnium pulcherrimo sponso Christo Jesu, ut rursum Christus noster hymnum illum supra mel et favum suaviorem*[67] *coelitus*

quantum illa apud te promoverit, quottidiana vitae tuae actio abunde satis declarat. Profecto nulla fera est tam immanis, quae non mansuescat officiis hominum, et tu tam inaudita Dei munificentia provocatus, magis etiam ferocis in illum, nolens captivare intellectum ad obsequium[45] *ecclesiae Dei, nolens sapere ad sobrietatem*[46]*. Atqui nulla res est tam dura, quae non mollescat arte hominum: siquidem cornu infusa cera lentescit, aera liquescunt fornace, ferrum igni emollescit, adamantis invicta duricies hircino cruore domatur*[47]*, et, o cor haereticum, plus quam corneum, plus quam aereum, plus quam ferreum, plus quam adamantinum, quod nec ignis Gehennae, nec Caesareae Majestatis gratia clementiaque, nec Patris lenissimi indulgentia, nec agni immaculati effusus purpureus cruor emollit, imo quod his omnibus fit*[t] *rigidius. Ecquid aliud, furiosissime Ludere, facis, quam quod secundum duriciem tuam et impoenitens cor thesaurizas tibi iram in die irae et revelationis justi judicii Dei*[48]*? I nunc, mi Ludere, et te tuasque virtutes jacta! I, bone vir, et te sanctulum (si diis placet) virum clama! I, festivum caput, et tuas egregias (scilicet) victorias ebuccina, tolle trophaea, age triumphos tuae impietatis! Vicisti, miser, vicisti et homines et deos tua durissima et opiniosissima doctrina! Macte hac tua superbia, protervitate pervicacitateque adamantina! Sic, sic itur ad astra*[49] *Luciperiana regna! Itaque quid aliud restat, quam ut te quoque desperatio, si non jam dudum deglutivit, absorbeat? Quare placeat tibi insipientis Epicuri sententia, dicque eam in corde tuo: Non est Deus*[50]*, nec curat res mortalium; placeat Cayn cantilena*[51]*: Majus est peccatum meum, quam ut veniam merear; placeat Pharaonis vox*[52]*: Non novi Dominum nec dimitto populum; placeat Judae epiphonema*[53]*: Peccavi prodito innoxio sanguine! Proinde cum illuc rerum venisti, mi Ludere, non est, quod te jejuniis multis conficias. Noli contristari secundum Deum ad poenitentiam*[54]*; verum advocatis tuis novis diis, Baccho, Venere, Marte, Priapo, Futina, Potina, Subigo*[55]*, Hymenaeo, dic animae tuae*[56]*: Anima mea lepidissima, habes hic in mundo multa bona, requiesce,*

Digitized by Google

bibe, comede, et ut Hieremias[57] *scribit: Bibe et inebriare et vome et cade, animula mea; addam ego: voluptuare, scortare, sacrilegia exerce et deos et homines fortiter contemne cum nonna tua pulchella, post mortem nulla, nulla tibi voluptas, si quid credis Sardanapalo. Quid vis amplius, Ludere? Sed heus! Epicure ac Sardanapale, audi et reliqua in Luca et Hieremia respice! Lucas enim addit*[58]*: Stulte! hac nocte animam tuam repetent abs te! et Hieremias*[59]*: Neque surgatis a facie gladii, quem ego mittam inter vos! Itaque, ut uno verbo quod sentio plane dicam: Quantum fueris in deliciis, tantum dabitur et tibi tormenti*[60]*, ut plane pro mensura delictorum sit plagarum modus*[61]*. Hoc tibi ex bibliaco tripode ac Delphico oraculo dictum puta.*

Sed scis, quid tandem abs te vel velim vel scriptis efflagitem. Hoc nimirum unum, ut (cum ipse totus deploratus Gehennaeque devotus sis) miserrimae tuae concubinae miserearis, ac copiam legendi Ambrosiani libelli verae Ambrosiae ‚Ad virginem vestalem corruptam et ad corruptorem nepharium' inscripti[u 62] *facias, quem M. Joachimus Myricianus*[63] *adolescens, ut humanissimus ita neutiquam indoctissimus, in ejus et gratiam et salutem pio*[v] *admodum animo*[w] *e Latino in Germanicum transfudit, ut ne mulier mollissima tuaeque Veneris ex Christi sacrario facta cloaca obscoenissima, una tecum in ignem aeternum*[64]*, adeoque, ut Joannes*[65] *dicit, in stagnum ignis ardens sulphure descendat, quod est paratum diabolo et angelis Luderanis ad perpetuos fletus et stridores dentium*[66]*. Itaque miserere nonnae, miserere concubinae tuae, miserere liberorum, miserere carnis et sanguinis tui! Restitue eam in locum coenobii ac poenitentiae, unde sese parum cauta ad tuam libidinem turpissime dedit; restitue et quantulaecunque castitati et voto sanctissimo, ex quibus eam fraudulentissima horum locorum interpretatione per carnis lasciviam ad Venereas voluptates blandiloquentissime illexisti. Restitue agedum eam matri ecclesiae clementissimae, restitue, sodes mi Ludere, omnium pulcherrimo sponso Christo Jesu, ut rursum Christus noster hymnum illum supra mel et favum suaviorem*[67] *coelitus*

occinat[68]*: Surge a peccatorum morte, propera ex Wittenberga, amica mea! Veni a tuo colubro Ludero, columba mea in foraminibus petrae, in caverna maceriae, ostende mihi faciem tuam! Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis et facies decora! — Et ut ipsa nonna quoque blandiusculo carmine recinat pulcherrimo suo sponso Christo*[69]*: Ecce, tu pulcher es, dilecte mi, et decorus, trahe me post te, quia amore langueo. Imo veni, dilecte mi, egrediamur e Wittenberga in agrum, commoremur in villis. Ut denique vel tandem quoque ecclesia mater dilectiss[ima] suavissimam hanc Divi Ambrosii melodiam per totum christianismum decantet: ‚Jesu, corona virginum, quem mater illa concipit, quae sola virgo parturit, haec vota clemens accipe'*[70]*, et reliqua. Et hanc christianis auribus gratissimam symphoniam succinat*[71]*: Jam enim hyems Luderana transiit, imber haeresum abiit et recessit, flores virginitatis apparuerunt in terra nostra, vineae coenobiorum florentes odorem votorum dederunt, et vox turturis castissimae audita est in Germania nostra. Quod ut facias, desyderant omnes in universum christiani, aurea charitatis catena devincti*[72]*, desyderat ecclesia mater placidissima vel sanguineis lachrymis, desyderant angelici chori*[x] *super una peccatrice magno gaudio perstrepentes*[73]*, paucis: desyderat speciosissimus ille forma prae filiis hominum sponsus Christus*[74]*, clamitans: Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano, coronaberis*[75]*. Ecquid faceres? Ut maxime tu deploratissimus sis, attamen his tam piissimis votis terga dare non potes. Tantalus ille evangelicus apud inferos rogat patrem Abrahamum*[76]*, ut in domum patris sui mittat Lazarum in hoc, ut salutis suae fratres moneantur, et tu, Ludere, cum plus quam ter miserrima tua monacha te perditum ibis? Vide vel ipsas infernales umbras salutem tuae nonnae desyderantissime desyderare! En tibi terra, en coelum, en inferus sitit salutem perquam miserae tuae mulierculae, et solus omnium non sitiet Luderus? Sitiet, certe sitiet, aut profecto erit quavis infernali larva durior, crudelior efferatiorque. Porro, Ludere mi, haec commoda propter gratiam, quam*

Digitized by Google

nonnae tuae exhibiturus sis, te manebunt, quod Gehennae ignis, Furiarum faces, et cruces mille infernales tibi istic diminuentur, quandoquidem qua mensura mensus fueris, eadem remetietur et tibi[77], *atque adeo pro mensura delictorum futurus est plagarum modus*[78]. *Sed tamen, heus heus! et tu quoque, miserorum omnium miserrime Ludere, eya age, tandem prospice, respice, redi, redi ad aram misericordiae, ad thronum gratiae! Provoca ab haeresum et peccatorum Orco ad tribunal clementiae, ad asylum divinae bonitatis, hoc est, ad patrem misericordiarum et Deum totius consolationis*[79], *miseratorem et misericordem, patientem et multum (ut mysticus Psaltes*[80] *ait) misericordem Dominum. Age, inquam, contere nitro contritionis et herba Borith*[81] *siliceam cordis tui duritiem, fontibusque lachrymarum*[82] *ac labiis vitulorum*[83] *peccata tua ingentia dele, dele confessionis hysopo*[84] *immedicabiles paene tuarum haeresum cancraenas*[85], *dele cilicio Achab*[86], *dele cinere Ninivitarum*[87]. *Huc mihi (si sapis) tua maxima, per omnia alioqui pulpita jactata, fide confide, et remittentur tibi peccata tua. Scis tantum plorare matrem et comites in Evangelio*[88], *et surgere extinctum adolescentem. Scis etiam tantum lachrymari Martham et Mariam, et reviviscere Lazarum foetentem. Scis quoque solum plorare Mariam peccatricem, ungere et osculari, et audire: Remittuntur tibi peccata*[89]. *Scis solummodo Petrum amare flere*[90], *et illico se oculo misericordiae Deum respicere. Scis postremo, latronem pauculis orare, et audire: Hodie mecum eris in paradiso*[91]. *Quae omnia vel lapidem permoverent, nedum te Luderum. Proinde per ego te, tuam nonnam tuosque liberos, per sanctissima vota, per virginitatis ter*[y] *mille exempla, per salutem tuam, per coelum, per terram, per ecclesiam, per denique Christum, unicam salutis nostrae ancoram et spem, oro, obsecro, obtestor ac adjuro, ut desinas amplius in omnem licentiam, insaniam, Germaniae ineluibilem infamiam, in tuam solius perniciem peccare libidinarique, atque adeo magis ea, quae pio animo tibi scribuntur agnoscere*[z] *et ex haeresum, conviciorum, blasphemiarum ac impietatum tuarum inferis ad Christi*

Digitized by Google

sacrosanctam ecclesiam, basim atque sedem omnis veritatis, cum filio illo profusore ac nepote[92] *confestim redeas. Quod si (ut spes permagna est) feceris, tu non solum nobis, verum etiam tibi tuaeque Germaniae, cum tua nonna in Christo Jesu et ecclesia valebis, vives efflorescesque ad salutem plurimorum, hodie caecitate magis percussorum, quam vel viri Sodomitici*[93]*, vel Saulus adhuc oculis squamosis*[94]*. Sin minus, tum tantum hoc unicum impetratum et exoratum nobis relinque, nempe ut nonna tua cum liberis salva siet. Tu ita obstinatus pervicaxque, vade infoelix, relictus tuis pravis cupiditatibus, semper in pejus proficiscens. Cade in baratrum impietatis, illaqueare funibus peccatorum, capere aeternae damnationis sagena, duc in bonis dies tuos*[95]*, in puncto ad inferna descensurus, ibique perinde, ut titio infernalis ac inextinguibilis cum non moriente verme perpetuo ardebis. Lypsiae in feriis Laurentianis, anno a Christo M. D. XXVIII.*

Revertere, revertere, Sunamitis, revertere, revertere, ut intueamur te. Cantic. VI[96]*.*

[a] omnia obtorpescis nihilque. — [b] audis. — [c] strenuae 1; strenue 2. — [d] Salomon. — [e] ait. — [f] prorsum perire. — [g] Osam 1. 2. — [h] colerice 1. 2. — [i] hos. — [k] Wittenbergae. — [l] publicas 1. — [m] At. — [n] mechanicorum fehlt. — [o] roboras. — [p] super quo etc. fehlt 1. — [q] foeteas sordescasque. — [r] potes inhales. — [s] vel fehlt 1. — [t] fit 1. 2. — [u] Ad virginem etc. fehlt. — [v] pie. — [w] animo fehlt. — [x] chorus. — [y] ter fehlt. — [z] agnoscas.

[1] Dieſer, ſowie der folgende Brief wurden gedruckt durch einen eigenen Boten Luthern und ſeiner Frau ins Haus geſchickt. Die Wittenberger ſeits, jedoch wahrſcheinlich nicht von Luther ſelbſt, erſchienenen Gegenſchriften ſ. Erl. 64, 325, Nr. 3.4, woſelbſt ſie auch gedruckt, aber in folgender Weiſe zu ordnen ſind: S. 337—345; S. 326—337. Die Erwiderungen Haſenbergs ib. Nr. 5. 6. Außer der Wittenberger Gegenſchrift ſind noch zu bemerken die meiſtens von Euric. Cordus verfaßten Epigramme: Literarii sodalitii apud Marpurgam aliquot cachinni super quodam duorum Lypsensium Poetarum in Lutherum scripto Libello, effusi. 1528. (Marburg, bei Franz Rhode); vgl. v. Dommer, Marb. Drucke S. 11. Nr. 15; Krauſe, Cordus 105 (der jedoch die Schrift der Leipziger nicht zu kennen ſcheint). — Vgl. auch Veeſenmeyer, üb. einige gleichzeitige Schriften gegen Luthers Verheurathung, im Kirchen-hiſt. Arch. v. Stäudlin, Tzſchirner und Vater. 1825. H. 2.

Digitized by Google

[2] Hasenberg, aus Böhmen, ein Günstling Herzogs Georg, auf dessen Befehl er im Wintersemester 1525 Dekan der Artistenfacultät in Leipzig wurde; die Facultät opponirte dagegen, der Herzog aber setzte ihn doch durch, indem er der Facultät 300 fl. Strafe androhte; vgl. Cod. Diplom. Saxon. reg. II, XI, Nr. 349—351; Zarncke, Urkundl. Quellen. 814.

[3] 1 Tim. 3, 15 (die meisten der in dem Schreiben vorkommenden Bibelcitate stehen als Marginalien im ersten Druck, natürlich ohne Vers-Angabe).

[4] Rom. 2, 4. — [5] Joan. 11, 39. — [6] Psal. 1, 1. — [7] Gen. 19. — [8] Psal. 61 (vielmehr 52, 3). — [9] Proverb. 2, 14. — [10] Judas 11. — [11] Num. 16. — [12] Proverb. 8 (vielmehr 18, 3). — [13] Deut. 32. — [14] Psal. 72 (73, 6 ff.). — [15] Rom. 1, 24. — [16] Psal. 90 (91, 6). — [17] Tit. 1 (vielm. 3, 2). — [18] 2 Tim. 2 (vielm. 4, 2). — [19] Offb. Joh. 2, 27. — [20] Gal. 6 (vielm. 4, 14); 1 Cor. 4 (?). — [21] Joh. 3, 10. — [22] Apoc. 3, 7. — [23] Bezugnahme auf des Terenz Lustspiel Phormio (V. 8?). — [24] Der Druck hat hier die Citate: Zach. 9. Luc. 2. Ephes. 5., die ich nicht zu erklären weiß. — [25] Oseae 14, 2. — [26] Zach. 1, 3. — [27] Ezechiae 18, 30 f. — [28] Hierem. 4, 1; 21 (?) et 41 (?). — [29] Psal. 57 (58, 5 f.). — [30] Rom. 3, 10 ff.; 1 Joann. 1, 8. — [31] Psal. 44 (45, 10 ff.). — [32] Levit. 20, 2; Hierem. 32, 35. — [33] Gyari, eine der Cycladischen Inseln, unwirthbarer Verbannungsort in der röm. Kaiserzeit. — [34] 4 Reg. 25, 13 ff. — [35] Daniel 5, 2 (Balthasar = Belsazar). — [36] 2 Machab. 8 (vielm. 5, 16). — [37] Psal. 31 (32, 9). — [38] Ezech. 22, 18. — [39] Psal. 12 (vielm. 42, 8). — [40] 1 Joan. 3 (vielm. 5, 16). — [41] Hier. 22, 10. — [42] Apoc. 22, 11. — [43] Apoc. 3, 20. — [44] Matth. 23, 37. — [45] 2 Cor. 10, 5. — [46] Rom. 12, 3. — [47] vgl. Plin. hist. nat. XXXVII, 4, 15. — [48] Rom. 2, 5. — [49] vgl. Virgil. Aen. IX, 641. — [50] Psal. 13 (14, 1). — [51] Gen. 4, 13. — [52] Exod. 5, 2. — [53] Matth. 27, 4. — [54] 2 Cor. 7, 9. — [55] Subigus = subactor, der Schänder. — [56] Luc. 12, 19. — [57] Jerem. 25, 27. — [58] Luc. 12, 20. — [59] Hier. 24 (vielm. 25, 27). — [60] Apoc. 13 (vielm. 18, 7). — [61] Deut. 25, 2.

[62] ed. Migne in Patr. latin. T. XVI, 367. Uebersetzung dieser Schrift ist dem Brief des Myricianus an Luthers Frau beigefügt. — [63] über ihn vgl. die folgende Nr. — [64] Matth. 25, 41. — [65] Apoc. 19, 20. — [66] Matth. 24, 51. — [67] Ps. 19, 11. — [68] Cantic. 2, 10. 13. 14. — [69] Cantic. 7 (vielm. 1, 16. 4; 2, 5; 7, 11). — [70] der Ambrosianische Hymnus de Virginibus im Breviar. Rom., bei Migne l. c. p. 1221. — [71] Cantic. 2, 10—12. — [72] Joan. 13, 34 f. — [73] Luc. 15, 10. — [74] Psal. 44 (45, 3). — [75] Cantic. 3 (vielm. 4, 8). — [76] Luc. 15 (vielm. 16, 27). — [77] Matth. 7, 2. — [78] Deut. 25, 2. — [79] 2 Cor. 1, 3. — [80] Psal. 144 (145, 8). — [81] Jerem. 2, 21 f. — [82] Jerem. 9, 1. — [83] Oseae 14, 3. — [84] Psal. 50 (51, 9). —

Digitized by Google

